









1742.

1. <sup>1742</sup> Jacobs, W. erelen Gottlob: De principis successore  
domanialia sive cameraria ab antecessore alienata,  
juri ordine servato, revocantib.
2. Kaulfuss, Francus Christianus: De carcere dicturus  
poenam criminis temperante.
3. Lamm, Francus Georgius: Oratorialis prooemia in ang., quae  
observationes miscellae . . . placidus eruditorum  
Disquisitioni submittit.
4. Schorch, Hieronymus Fredericus, Fac. juridicae Decanus  
l. b. s. (ad Dissertationem in ang. Guilielmi Gottlobii  
Jacobs invitata).
5. Schmette, Henricus Melchior, Facult. juridicae Decanus:  
l. b. s. (ad Dissertationem in ang. Franci Christiani  
Kaulfussi invitata).
6. Schmette, Henricus Melchior, Facult. juridicae Decanus.  
l. b. s. (ad Dissertationem in ang. Henrici Christoph. Boernerii  
invitata).

7. Schuetke, Henricus Melchior, Facult. juridicæ Decanus: 5.  
l. b. s. p. d. (ad Dissertationem inang. Joannis  
Georgii Lammii invitat).

8. Schuetke, Henric. Melchior: De collisione obligatio- 6.  
num.

1743.

12<sup>te</sup> Cramerus, Joannes Tobias: De eo, quod iustum 7.  
videtur circa appellationem a statibus imperii  
Evangelicis ad Imperatorem in causis Ecclesiasticis.

1<sup>o</sup> <sup>1743</sup> <sup>2 Sept 1743</sup> <sup>2 1758</sup>  
<sup>Leipzig, Berolyni, Fridericæ, Rudolphani:</sup> De vicariis et decanibus  
2. Schuetke, Henricus Melchior, Facult. juridicæ Deca- 8  
nus l. b. s. p. d. (ad Dissertationem inang. Berolyn.  
Frid. Rudolphi Lammii invitat).

3. Schuetke, Henricus Melchior l. b. s. p. d. (ad Dissertati- 9  
onem. Quæsti. Fridericæ Schellwagii invitat).

4. Schuetke, Henricus Melchior: De eo quod iustum est, 10  
circa venditionem rerum futurarum.

5. Strecke, Cons. Wilhelmus, Facult. juridice Decanus:  
ad . . . Dissertationem in ang. (Cospari Henrici Rudolphi)  
invitat.

6. Strecke, Cons. Wilhelmus, Facult. juridice Decanus:  
ad . . . Dissertationem in ang. (Fovius Tob.  
Cramerii) invitat.

7. Strecke, Cons. Wilhelmus, Facult. juridice Decanus:  
ad . . . Dissertationem in ang. (Doridis Theodori  
Hainemannii) invitat.

8. Strecke, Cons. Wilhelmus: De testamento privato  
soleni, praesertim scripto, sive clauso . . .

9. Strecke, Cons. W. H. H.: De con- et disconvenientia juris  
Romani et statutarie Erfordensis in materia succes-  
sionis conjugum ab intestato.

10.

1784.

1. Schorch, Hieron. Fridericus; Facult. juridicae Decanus l. 6.  
(ad dissertationem in ang. Adami Gochringii, innotat).
2. Schorchius, Hieron. Fridericus, : De eo, quod justum est  
circa venditionem fidei de pretio habita.
3. Schorchius, Hieronymus Fridericus: De limitibus superioritatis  
territorialis secundum leges fundamentales imperii.
4. Streckler, Com. Wilhelmus, Facult. juridicae Decanus :  
ad . . . Dissertationem in ang. Caroli Godefridi Ristinge  
. . . innotat.
5. Streckler, Com. Wilhelmus, Facult. juridicae Decanus . . . ad  
. . . Dissertationem in ang. (Matthaei Benjamin Zimmermanni) innotat.
6. Streckler, Com. Wilhelmus, Facult. juridicae Decanus :  
ad . . . Dissertationem in ang. (Johannis Hlo) . . . innotat.



1744.

- l. 6. 7. Strecker, Cas. Wilhelmus, Facult. juris Decanus :  
... ad ... Invaliditatem inani (Joanni Christophori  
Wentkeri) irritat.
- Strecker, Cas. W. Ch. : De observationibus quibusdam  
forensibus circa resignationem nominis ...
- Wentker, Joannes Christoph. : De invaliditate Disposi-  
tionis inter vivos uxoris circa res gerendas, neglecto  
mariti consensu ..
- Jimmesmannus, Matthaeus Benjamin : Dissertatio  
in ang. juriſca, qua vicariatum sacri imperii <sup>Yema.</sup>  
nico - Romani, ex Acti. officio . . . sistit.







1743, 8  
23<sup>20</sup>  
DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

DE  
**TESTAMENTO**  
PRIVATO SOLEMNI,  
PRÆSERTIM  
SCRIPTO, SIVE CLAVSO,

QVAM  
AVXILIANTE DEO TRI. VNO  
EX DECRETO ET AVTHORITATE  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
IN ALMA ET PERANTIQA ELECTORALI VNIVERSITATE  
ERFORDIENSI,

SVB PRÆSIDIO  
RECTORIS VNIVERSITATIS MAGNIFICI,  
PRÆNOBILIS ET CONSVLTISSIMI VIRI,

**DN. CONR. WILH. STRECKER,**

ICTI, EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECT. MOGVNT. CONSIL.  
REGIMINIS, IVRID. FACVLT. ET IVD. ELECT. PROVINC. ASSESS. SENIORIS, COD.  
PROF. PVBL. ORD. CIVIT. STND. ET CONSVLIS PRIMARIJ, NEC NON PRÆ-  
FATE FACVLT. IVRID. H. T. DECANI,

PRO GRADV DOCTORALI  
EIDEMQVE ANNEXIS PRIVILEGIIS ET HONORIBVS

RITE ET LEGITIME CAPESSENDIS,  
PVBLICÆ ERVDITORVM CENSVRÆ SVBMITTIT  
AVTOR ET RESPONDENS

**DAVID THEODORVS HAINEMANNVS,**  
LIPSIENSIS.

IN AUDITORIO IVRIDICO COLLEGII MAJORIS,  
DIE XII. AVGVSTI. MDCCLXIII.

ERFORDIÆ, Stanno HERINGIANO, Acad. Typegr.

DISSERTATIO THOMAS CARVALIS PUDICI

DE

TESTAMENTO

PRIVATO SOLLEMNI

PRÆSENTI

SCRIPTO SIVE CLAVSO

QUAM

APPLICAVIT

IN DECRETIS ET IN ORDINIS

ILLUSTRIS JOSEPHI AUSTRIACI

IN AUSTRIA REGNI ET BOHEMIE

PRÆSENTI

PRÆSENTI

REGTORIS UNIVERSITATIS BOHEMÆ

ON CORN. WILH. SPRENGER

IN AUSTRIA REGNI ET BOHEMIE

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRO GRADU DOCTORALIS

REMOVENDI IN FACULTATE JURIS

IN AUSTRIA REGNI ET BOHEMIE

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI

PRÆSENTI



# CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

- I. *Prefatio.*
- II. *Testamenti privati divisio. Solemne. Minus solemne. Solemne vel scriptum, vel nunciativum, vel mixtum.*
- III. *Testamenti solemnis scripti definitio.*
- IV. *Dispositio Juris Civ. Rom. de testamento scripto.*
- V. *Dispositio Juris Germanici, ejusque auctoritas.*
- VI. *Testamenti scripti formalia interna; externa. Classis I. ad scripturam pertinentium.*
- VII. *Testamenti scripti requisitum I. Scriptura.*
- VIII. *De Testatore literarum ignaro.*
- IX. *Testamenti scripti clausi requis. II. Clausura, ligatura, involutio.*
- X. *MEVII & RVLANDI opiniones de clausura, &c. refelluntur. FABRI Consilium.*
- XI. *De Testamenti scripti clausi involucre.*
- XII. *Testam. scripti formalium externor. classis II. ad confirmationem spectantium. Solemnia.*
- XIII. *Testam. scripti requis. III. actus continuus & uniformis.*
- XIV. *Limitationes.*
- XV. *Tempus, diurnum, nocturnum.*
- XVI. *Testam. scripti requisita circa adhibitionem testium. Requis. IV. testiun habitas. Tempus habilitatis.*

- XVII. *Limitationes. Propria opinio.*  
 XVIII. *Habilitas testium generalis, specialis.*  
 XIX. *Testium inhabilitas ex impedimento naturali.*  
 XX. *Testium inhabilitas ex prohibitione legis. Class. I. ob dignitatem, fidem, mores &c.*  
 XXI. *Classis II. ob testamenta certa, atque causas certas.*  
 XXII. *De cognatis testibus. Propria opinio. De legatariis; Notario; Scriba.*  
 XXIII. *Testam. scripti requisitum V. testium convocatio & rogatio.*  
 XXIV. *Testam. scripti requis. VI. testium numerus septenarius. De Notario.*  
 XXV. *De numero minuendo; augendo; Octavus testis duobus casibus.*  
 XXVI. *Testam. scripti requis. VII. testium presentia.*  
 XXVII. *Testam. scripti requis. VIII. Testatoris agnitio tabularum.*  
 XXVIII. *Testam. scripti requis. IX. testium subscriptio.*  
 XXIX. *Testam. scripti requis. X. testium signatio.*  
 XXX. *Ejusdem locus.*  
 XXXI. *Testam. scripti requis. XI. testatoris subscriptio.*  
 XXXII. *Ejusdem locus.*  
 XXXIII. *Quaestio: de subscriptione in involuero. Ratio dubit. Rat. decid. I. ex LL. fundamental. certo respectu.*

XXXIV.



- XXXIV. Ratio decid. II. ex argum. de testam. clauso judiciali; in casu si Notarius adhibitus.
- XXXV. Quæstio: de recognitione subscriptionis, loco subscriptionis ipsius. Rat. dubit. Rat. decid. I. ex ratione legum.
- XXXVI. Rat. decid. II ex argum. ab equipollenti.
- XXXVII. Rat. decid. III ex argum. de testamento clauso judiciali; si Notar. adhibitus.
- XXXVIII. Rat. decid. IV. ex argum. ab æquitate. Eiusdem fundamentum.
- XXXIX. Rat. decid. V. ex opinione recepta. Præjudic. Jctor. Vieberg.
- XL. Signatio testatoris in testam. scripto; clauso.
- XLI. De Testamento nuncupativo.
- XLII. De Testam. mixto.
- XLIII. De Testam. Cæci.
- XLIV. De Testam. relativo.
- XLV. De Testam. relativo, testimonium JVL. CLARI.
- XLVI. De Testam. relativo, testimon. DAVTHII.
- XLVII. De Testam. relativo testim. J. MEIERI & TABORIS.
- XLVIII. De Testam. relat. testimon. LAVTERBACHII. STRVVII.
- XLIX. De Testam. privati solemnitate.

- L. De apertura.
- LI. De publicatione.
- LII. Cautela SOCINI, pro testamento privato solemn.
- LIII. Mos hodiernus. Adhibitio Notarii.
- LIV. Adhibitionis Notarii effectus I. Forma publica.
- LV. Effectus II. Error Notarii haud nocivus.
- LVI. Effectus III. Obligatio Notarii & heredum.
- LVII. Cautela pro testam. privato solemn. Clausula Codicillaris.
- LVIII. Cautela pro testam. priv. solemn. Prohibitio rixæ.
- LIX. Casus testamenti privati solemn. clausi recens. Facti species.
- LX. LXI. LXII. Relatio Actor. Exceptiones. Replicæ.
- LXIII. Sententia Scabinor. Lipsiens.
- LXIV. De Appellatione in casu præf. ab interlocutoria Sent.
- LXV. Sententia Reformatoria Summi provocationum Tribunalis Reg. Electoral. Saxon.
- LXVI. Rationes decidendi.
- LXVII. Sententia confirmatoria.



IN NOMINE DOMINI NOSTRI  
JESU CHRISTI!

I.



Materia testamentorum amplam esse, & diffusum quasi in jure campum occupare, haud quidem me latet, nec ignoro, illam à multis doctioribus fuisse & olim & nostris temporibus tractatam, ita, ut librorum de testamentis cumulus, indicium faciat, omnes jamjam quæstiones quæ de hac materia formari possunt, esse enodatas, casusque nec superesse ullos, nec extituros, qui resolutione indigeant. Attamen, eventus rerum & praxis testatur aliud. Casus enim, qui circa negotia humana contingunt, tam multi sunt, tamque varii, ut supra vires humanas positum esse censeo, omnes dinumerare velle. Et hæc causa fuit, cur de testamentis quid scribere audeam. Ex multiplici autem testamentorum genere elegi testamentum privatum solemne & inprimis clausum sive scriptum.

II.

II. Privatum testamentum dicitur, cujus fides posita est in privatis testibus. Dividitur in solemne & minus solemne. Solemne est, ad cujus perfectionem certæ solemnitates requiruntur; minus solemne vero, cui illæ solemnitates pleræque sunt remissæ. Sed de solemni tantum agam. Initio noto ex ÆGID. BELLAMERA *Conf. I. Esse difficile, ut omnes hujus testamenti solemnitates possint observari; sec. COTHMANNVM vero, L. 1. Resp. 27. testamentum solemne facere esse rem arduam, & que sapientum consilio egeat.* Est autem mihi solemne idem quod legitimum; Ita solemne jus sumitur pro civili & legitimo, *l. 12. C. in quib. caus. pign. & solemnitas dicitur certa observatio verborum, personarum, vel temporis, lege præscripta, inde nuncupata, quod soleat fieri & observari jure communi & publico.* Fit autem testamentum privatum solemne duplici modo, in scriptis videlicet, vel ore tenus, unde nata ejusdem divisio in testamentum scriptum & nuncupativum. Est tamen & tertium mixtum, quod autem à multis Doctõribus vel ad scriptum vel ad nuncupativum numeratur, de quo suo loco. Utrumque iterum agnoscit requisita & solemnitates vel communes vel proprias. Communes consistunt in tribus: convocatione testium: ipsa voluntatis ultimæ testatione: in testationis uno contextu. Sed de scripto testamento præ nuncupativo erit mihi dicendum, illudque paulò accuratius introspicere licebit, quod præcipuam partem dissertationis meæ & thema speciale constituat.

III. Scriptum ergo testamentum est, quod scriptura comprehenditur & perficitur. Sive plenius: Est solemnitas ultimæ voluntatis contestatio, cum institutione hæredis, à testatore vel ab aliõ, mandato ejus literis comprehensa,

prehensa, tandem uno actu, post testatoris agnitionem, à septem testibus idoneis ad hoc rogatis, atque testatore ipso, subscripta & signata. Dividi potest, in patens & clausum. Patens est, quando tabulæ testamenti scripti patent, ita, ut legi possint, & à testibus & à cunctis, omni tempore, imò interdum in actu prælegantur. Clausum testamentum est, ubi tabulæ à testatore ita complicantur atque clauduntur, ut neque à testibus, neque abs aliis legi possint, usque dum aperiantur, post mortem testatoris. Ambo invicem non differunt, nisi in præfata forma externa, ubi illud patet, hoc clauditur; ergò requisita utrique, præter hocce, sunt communia. Et ob id inutile futurum censeo, speciatim de patenti testamento scripto agere, cum omnia, quæ de clauso dici possunt, etiam ad illud pertineant, præter clausuram. Præterea leges unicam clausi testamenti scripti speciem agnoscunt, quare arbitror, externum illud, quod interdum pateant tabulæ nec claudantur, contingere tantum per accidens, &, aut fieri posse, aut omitti. Itaque de testamento scripto, vel, quod idem, clauso, sermo erit in sequentibus. Id hoc loco præmoneo, testamentum scriptum clausum nuncupari quoque mysticum, ideò, quod testator testes voluntatem suam celet.

IV. Fundamenta hujusce testandi modi per scripturam, & præcepta inveniuntur primò in Jure Civili Rom. secundò in legibus Imperii Germanici. Haud verò abs re, imò necessarium erit, ipsos legum textus apponere. Aetatis ordinem non autoritatis servaturus, initium facio cum Jure Civili Romano, ubi *lege 21. pr. Cod. de testam.* Impp. THEODOSIVS & VALENTINIANVS ita fanxerunt: *Hac consultiſſima lege sancimus, licere per scripturam*

B

con-

conficientibus testamentum, si nullum scire volunt ea, quae in eo scripta sunt, consignatam, vel ligatam, vel tantum clausam involutamque proferre scripturam, eamque rogatis testibus septem numero, civibus Romanis puberibus, omnibus simul offerre signandam & subscribendam: dum tamen testibus praesentibus testator suum esse testamentum dixerit quod offeritur, ei-que ipse coram testibus sua manu in reliqua parte testamenti subscripserit: quo facto, & testibus uno eodemque die ac tempore subscribentibus & consignantibus testamentum valere. nec ideo infirmari, quod testes nesciant, quae in eo scripta sunt testamento. Quod si literas testator ignoret, vel subscribere nequeat, octavo subscriptore pro eo adhibito, eadem servari discernimus. In omnibus autem testamentis, quae praesentibus vel absentibus testibus dicuntur, superfluum est, uno eodemque tempore exigere testatorem & testes adhibere, & dicere suum arbitrium, & finire testamentum. Sed, licet alio tempore dictatum scriptumve proferatur testamentum: sufficit uno tempore eodemque die, nullo actu extraneo interveniente, testes omnes, videlicet simul, nec diversis temporibus scribere signareque testamentum.

V. Junior constitutio circa hanc rem sive lex, est Imperii Germanici, quam Imperator MAXIMILIANVS I. in Recessu Imperii, de anno 1512. Coloniae Agripp. facto & speciatim in Ordinatione Notariorum condidit, atque in ea invenitur, sub tit. Von Testamenten, §. Nun die Form. 7. & ita ex edit. Mogunt. de anno 1594. audit. Nun die Form eines Testaments in Schrifften, welches nunmehr nicht in grosser Übung ist, und von denen gemacht wird, die in ihren Leben ihren letzten Willen niemands wissen lassen wollen, ist also: Daß der, so sein Testament machen will, in Schrift bezeichnet und verbunden, oder allein beschloßen

beschlossen und eingewickelt sey, von desselben Testirers, oder eines jeden andern Hand geschrieben, vor sieben Zeugen, die dadurch sonderlich zusammen beruffen, und gebethen, auch der Leibeigenschaft fey, über vierzehn Jahr alt seyn, so sie alle bey einander versammelt sind, fürbringt, und legt die dar, durch einem jeden der sieben Zeugen zu unterschreiben, und mit ihren gewöhnlichen Signeten zu besiegeln. Doch also, daß er öffentlich ansag, daß solches so er darlegt, sein Testament sey, und vor den Zeugen allen mit eigener Hand unterschreib. Oder wo er nicht schreiben könt, oder alsdenn nicht möcht, durch eines andern achtenden Gezeugen Hand, in seinem Rahmen und auf sein Begehren, an einem Ort unterschreiben laß. Alsdann desselben Tags und Zeit, ohn daß einige ander auswendig Handlung oder Weil, dann allein die Leibs Noth halb geschehe, und klein wäre, darzwischen falle, durch die sieben Zeugen allen, mit ihren eigenen Händen, unterschreiben, und gewöhnlichen Siegeln bezeichnet werde. Hæc præcipua lex est de testamento scripto, quæ anteriorem confirmat, & cui solùm obediendum in Germania atque Saxonia Electorali, ided, quod lex est Imperii nostri Germanici indigena, quæ præferenda illi peregrinæ in subsidium tantum receptæ & valenti, ita, ut, si legibus Romanis aliud forte statutum esset, præter ea, quæ in laudata Imperii postulantur (v. g. Nov. Leonis 41.) omnino illa non attendenda sint. Si enim in subsidium tantum receptum Jus Civ. Rom. quod ita intelligo, ubi statuta & consuetudines deficiunt, sicuti testatur *Ord. Cam. P. 1. t. 57.* sequitur: cum habeamus legem super re vel casu latam, hanc esse præferendam, eique

que soli vivendum rejecta peregrina, ut hac in parte subfidium nullum præstante, nihilque operante.

VI. Legibus relatis, nunc formalia testamenti scripti consideraturo, primo se offert forma interna substantialis & differentia specifica, omnibus testamentis communis & necessaria, eaque abs aliis ultimis voluntatibus discernens, quæ est, hæredis institutio, in testamento scripto, in scripto solemniter facta. Secundò se sinit forma externa itidem substantialis, respectu testamenti scripti puta, quæ requisita & solemnitates mox sequentes poscit. Ubi præmonendum, me non curare solemnitatem illam *S. 4. Inst. de testam. ordin. & l. 29. C. de testam.* præscriptam, nempe, debere nomen hæredis manu testatoris vel testium exprimi. Sublata enim diu hæc solemnitas, à *JVSTINIANO Imp. per Nov. 119. c. 9.* Præterea *Ordinat. MAXIMIL. de testam.* hanc non postulat; ergò eorum tantum mentionem faciam, quæ hodie sunt in usu, & legibus novissimis præcipiuntur adhiberi. In duas autem classes dispefci possunt requisita testamenti scripti. Prima continet ea, quæ ad scripturam attinent, altera quæ ad confirmationem pertinent, sive illum solemnem actum, quo testes adhibentur, & quo testamentum finitur. Prius de requisitis ad scripturam pertinentibus erit tractandum. Præcedunt illa plerumque actum testandi s. confirmationis & ordinationis. Sunt duo: Institutio hæredis mediante scriptura, & Clausura.

VII. Primum itaque requisitum, quod scriptum testamentum desiderat, est, ut institutio hæredis mediante scriptura fiat, & ita testamentum in scripturam redigatur, alias perdit nomen scripti. Scriptura enim est de substantia hujus testamenti, id quod indigat *l. 21. C. de testam.*



stam. in princ. & clarius Ord. MAX. Notar. z. von Testam.  
 § Nun die Form. Ubi noto: 1) Esse perinde sive scri-  
 batur testamentum manu testatoris, (quo in casu holo-  
 graphum dicitur,) sive alius, modo testator ipse literarum  
 gnarus sit. Ord. MAX. d. Notar. z. von Testam. §. 4. Item  
 es gehört. 2) Nil nocere in qua materia scribatur, mo-  
 do legi possit. §. 12. Inst. de testam. ordin. l. 15. C. de testam.  
 Et quanquam præfata Constitutio MAXIM. in princ. §. item  
 membranarum usum præcipiat; tamen Notariis lex illa  
 data, ut in instrumentis conficiendis super alios actus in-  
 ter vivos, membranas præferant papyro, uti ex inspe-  
 ctione legis facile apparet; qua propter hoc ad testamen-  
 ta neque scripta, neque ad instrumenta Notariorum su-  
 per testamta, trahendum. Multo magis est concluden-  
 dum, quod in tit. illo Ordin. cit. nihil hac de re dispositum  
 est, hunc casum manere sub dispositione juris communis.  
 3) Annoto: Esse scribendum literis, non notis, Nov. 107.  
 c. 1. licet tamen usitatis & in dubitatis, arg. l. 9. §. 4. D. de  
 hered. inst. Ord. MAX. de Notar. princ. §. Item 19. CARPZ. P. 3.  
 C. 3. d. 4 ubi præjudicium scabinor. Lipsiensium. 4) Pos-  
 se confici plures codices vel tabulas, s. exemplaria, ita, ut  
 omnia inter se sint unius tenoris, formæ ac solemnitatis.  
 §. 13. F. de test. ord. ubi ratio utilitatis. 5) Non prætermi-  
 tendum, posse testamentum lingua s. sermone quovis scri-  
 bi atque condi. Attamen testator linguæ illius debet esse  
 peritus, quod ex natura rei fuit, & colligendum ex l. 15.  
 C. 21. §. 4. C. de testam. 6) Licitum esse testatori, scri-  
 bere testamentum alio tempore, actum illum, quo con-  
 firmatur præsentibus testibus, multum præcedente. Hoc  
 patet ex verbis legis 21. pr. C. de testam. ubi licet testatori  
 proferre scripturam; consequitur inde licitum quoque  
 esse

esse alio tempore illam facere. Id, quod eadem lex uberior declarat, verbis: *Superfluum est, uno eodemque tempore exigere testatorem & testes adhibere & dictare suum arbitrium & finire testamentum.* Loquitur quoque *Constitutio* MAXIMIL. l. c. de scriptura, tanquam re antea & separatim facta.

VIII. 7) Singulare quoddam circa testamentum scriptum observo, quod perpendi meretur. Est, quod literarum etiam ignarus, & qui scribere nescit, possit testamentum in scriptis condere. Sic enim expressè habent leges, & quidem l. 21. pr. C. de testam. quod si literas testator ignoret, vel scribere nequeat. Lex vero Imperii, in Ord. MAX. t. von Testam. §. 7. oder, wo er nicht schreiben könt. Certe paradoxum hoc primo intuitu videtur, testamentum in scriptis facere, & tamen non scribere posse, & ideo magis, quod mysticum tale est testamentum, in quo celatur voluntas testatoris & hæres, testibus, & quod propterea claudi solet. Facile ergo in hanc sententiam prolabi possumus, nihil esse facilius, quam tali in testamento falsum comittere & testatori imponere atque hæredem surrogare, quem ille vel non vult, vel odio maximo persequitur; Videtur enim tale testamentum commissum, unipersonæ scribæ scilicet fidei, alias tot solemnitatibus, fraudis evitandæ ergò munitum, sed hoc pacto frustra, sicut & subscriptio & subscriptio testium maxime idoneorum & proborum frustranea videtur. At resolvitur dubium, distinguendo inter eum, qui non potest scribere, & eum, qui non potest legere. Conf. Nov. 73. c. 8. Nov. 44. c. 1. l. f. Cod. de testam. Namque potest quis esse, qui legere potest scripta, & tamen scribere nescit. Talis omnino testamentum suum per alium in scripturam redigi curabit, & redactum perleget, atque hoc modo æque inscriptis testatur,

bitor, quam literarum bene gnarus, nec ei imponi poterit. Sed, cum, uti ex subsequentibus apparebit, testatoris subscriptio requiratur, jura tali peculiariter consuluerunt, quod infra docebitur, ubi de testium numero ero acturus. Contra ea, qui nec scribere nec legere potest, testari debet jure cœci, vel per nuncupationem.

IX. Alterum observo requisitum seu formale, ligaturam, clausuram & involutionem. Fundata est, in l. 21. C. de testam. Sancimus, licere consignatam, vel tantum clausam in voluntamque proferre scripturam. Consentiant aliæ leges, & testantur, clausas fuisse apud Romanos tabulas testamenti. Ita enim PAVLUS, l. 44. D. de bonis libertor. §. 1. clausurarum tabularum meminit, verb. *quamvis servus clausis tabulis decesserit*. Et ULPIANVS l. 3. §. 19. de SCro Siliano, etc. ait: *Aperire autem hinc ille videtur qui naturaliter aperit, sive sint signata, sive non sint legata, (i. e. ligata) sed tantum naturaliter clausa*. Præ illis vero Germanicæ nostræ lex sæpius laudata, Ord. MAX. de Notar. t. v. Testam. §. 7. hic loquitur: *in Schrift bezeichnet und verbunden, oder allein beschloffen und eingewickelt sey*. Fit verò ligatura s. Verbindung, filo vel serico vel linteo quo & spectat l. 22. §. ult. D. qui testam. f. p. consignatio & clausura, die Bezeichnung und Beschließung, quod unum & idem, mediante sigillo testatoris, & involutio die Einwickelung, ritu antiquissimo apud Romanos, ubi adhuc tabularum lignearum vel cerearum usus fuit, fiebat fortè per involu- crum ex flexili materia, utpote linteo panno; Nostris temporibus adhibetur ea in qua testamentum scriptum, nempe pergamenum vel papyrus, quæ usitatior. Hæc tria simul possunt adhiberi, vel unum alterumve, v. g. vel consignatio & ligatura & involutio, vel etiam unum tantum, quod

quod & requiritur, si nomen clausi conservare vult testator testamento suo; alias enim scriptum quidem dici potest, sed non clausum, quanquam omiſſa clausura, vires suas nihilo secius retineat, ab arbitrio namque testatoris pendet, num apertam scripturam proferre velit, & ideo non est necessitatis sed tantum utilitatis.

X. MEVIUS quidem *Conf. 98. n. 63. 64.* necessario requirit, ut testator etiam consignet & liget testamentum, quod tum ex verbis legum citatis probare nititur, tum quia Dd. ad substantiam testamenti scripti, talem consignationem & colligationem pertinere concluderent. In auxilium vocat RVLANDVM *de testam. part. 1. rubr. 63. n. 1.* Nihilominus SCHNEIDEWINI Sententia *Comm. ad Inst. l. 10. de testam. ord.* præ illa placet. Dicit laudatus JCtus Saxo: *De substantia testamenti solemnitis non esse, ut scriptura claudatur nec ostendatur testibus. Sive enim sciant, sive ignorant, quid in ea contineatur, propterea testamentum non vitatur.* Firmat hanc sententiam ex ipsa *l. 21. C. de testam.* ejusdemque verbis: *nec infirmari, quod testes nesciant, que in eo scripta sunt testamento.* Colligi enim potest, scripturam testamenti etiam apertam posse relinqui, ut sciant testes, nec verba legis Digestorum atque Imperii sunt imperativa sed tantum permissiva, quod verbulum *licere*, indigitat. Quo in casu praxis est magistra, sæpissimè enim scripta conduntur testamenta & non clauduntur, non aliam ob causam, quam, quod leges id permittunt. Utilitatis tamen est, claudere & involvere testamentum scriptum, nec testibus revelare, quid in eo contineatur. Quod idem SCHNEIDEWINVS ex JO. FABRO *ad Inst.* valde cautum & tutum prædicat, ut nempe testamentum à testatore propria manu & in secreto conficiatur, duas allegans

gans causas: *Primò, ne hi qui spem habent aliquid ex testamento consequendi, provocentur ad odium testatoris, si compendant, nihil sibi in testamento relictum esse. Secundò ne illi, qui instituuntur heredes, vel quibus aliquid legatur, captent & procurrent mortem testatoris, ut scil. mutationem testamenti impediant, vel ut citius capiant, quod ex testamento se consecuturos sperant, sicut refert FABER cuidam vicino suo factum esse.* Et hanc rationem quoque legumlatores in mente habuisse autumo, cum clausi testamenti formam præferre patenti videantur, per ea, quod de testamento clauso tantum loquantur. Libertas vero claudendi scripturam testamenti, vel patentem relinquendi, causa mihi fuit, quod supra in definitione testamenti scripti, clausuræ mentionem nullam fecerim.

XI. Antequam ad sequentia progredior, hoc loco utile & aptum esse arbitror, aliquid de involucro testamenti differere, & quæstionem resolvere: an involucrum pars sit testamenti? Ita videtur; ita affirmo. Ad hoc me movent sequentes rationes. Notissimum est, hodie testamenta, sicut alia instrumenta documentaque consistere solere ex pluribus foliis sive chartis separatis, in quibus scribuntur, ita tamen, ut filo invicem jungantur atque connectantur. Licet vero filo jungantur, perfecta & integra talia censerì non possunt, nec fidem merentur, nisi finis istius filii sigillo munitus sit. Ex eo patet, non filum solum & conjunctionem chartarum mediante filo, conciliare plenam fidem atque perfectionem instrumento ac etiam testamento, sed sigillum, quo filii finis munitus atque obsignatus est. Sequitur exinde, solum sigillum, quo chartæ connexæ atque conjunctæ sunt invicem, ita, ut sine dilaceratione, vel sigilli detractone separari haud possint

sint sufficere ad perfectionem perfectamque conjunctionem, qua separatae chartae totum constituunt, & qua fides conciliari potest. Concludo ergo ex his praemissis, in volucrum testamenti, sigillo testatoris munitum, ac mediante eo, tabulis ipsis s. reliquis chartis, quibus ultimum elogium inscriptum, ita junctum, esse partem testamenti. Probo hanc thesin etiam legibus ait enim l. 22. *S. J. D. qui testam. facere poss. signatas tabulas accipi oportet, & si linteo, quo tabulae involutae sunt, signa impressa fuerint.* Quibus verbis in volucrum, pro parte testamenti declarari, evidentissimum est, alioquin signa linteo illi imprimi, haud liceret. Ad haec ex praxi discitur, in apertura vel publicatione testamentorum, tum publicorum, judici in forma mystica atque clausa oblatorum, tam privatorum solemnium clausorum, in volucra haud abjici, sed bene apud acta conservari, non aliam ob causam, quam, quod communi opinione consensuque involucrum pro parte testamenti habetur.

XII. Absolutis formalibus seu requisitis ad primam classem pertinentibus, & circa scripturam occupantibus, sequitur altera classis, eorum, quae ad confirmationem testamenti scripti spectant. Quae ad primam classem referuntur, uti demonstratum est, antecedere possunt, actum illum confirmationis in praesentia testium. Circa sequentia vero aliter se res habet. Haec enim in illo actu, sive in praesentia testium, adhiberi debent, non separatim, sed simul, unoque contextu. Peculiare nomen formalia fortita sunt solemnium vel solemnitatum, & actus quo peraguntur, actus solemnis audit. Haec requisita & solemnia naturali ordine atque eo, uti adhibentur, nunc perlustrare ac explanare volo.

XIII.

XIII. Tertium ergo est requisitum, ut actus solemnus ingrediatur continuus & uniformis. Loquitur de hac re *l. 21. C. de testam. uno eodemque die ac tempore*, & latius exponit *Ordin. MAXIM. de Notar. §. 7.* desselben Tages und Zeit, ohne daß einige ander auswendig Handlung oder Weil ic. darzwischen falle. Debent ergo 1) uno eodemque tempore omnia solemnia, quæ ad testamenti ordinationem requiruntur, peragi. *Consentit §. 3. Inst. de testam. ord.* Ut autem intelligi possit, quo tempore actus ille celebratus & testamentum conditum sit, necesse est, & diem mensis apponere & annum æræ scil. Christianorum apud nos; quod volunt verba *Ord. MAX. supra cit. Desselben Tages und Zeit*; it. *l. 21. C. de testam. uno eodemque die ac tempore.* Clariorem reddit hanc thesin *l. 2. §. 6. D. testam. quemadmodum aper. & l. 3. Cod. eod.* ex quibus constat, Romanos jam olim tabulis testamentariis diem atque consulem adscribi consuevisse; & *Authent. Quod sine Cod. de testam. & Nov. 107. c. 1.* ubi in testamento patris inter liberos, declaratio temporis requiritur, quod tamen testamentum minus est solemne, sequitur inde, multò magis requiri temporis annotationem in testamento solemnè. 2) Uniformiter & uno contextu debent solemnia adhiberi, ita, ut neque interrumpatur actus, nec actus extraneus, vel qui ab institutò negotio alienus est, intercedat *l. 21. pr. C. de testam. nullo actu extraneo interveniente. l. 21. D. qui testam. §. p. Ord. MAX. cit. loco.* Facile ergo colligitur, si quis vellet actui illi immiscere contractum, eumque celebrare super re aliqua, cum alia persona, per id interrumpi actum testandi, atque testamentum vitari, contractus enim sunt diversi & alieni a testamento *l. 20. D. de V. S.* & testamentum unius voluntatem habet & revocabile est, contra-

Actus autem utriusque conventionem complectitur, & continuo firmus est.

XIV. Limitationem tamen admittit regula, quam supra de uno tempore actuque continuo protuli, ita, ut non interrumpatur actus, 1) si necessitas valetudinis aut naturæ eum actum expresserit. *l. 28. C. de testam.* 2) Si sit is actus, quem naturâ brevem esse constat, utpote, si cibus necessarius aut potus & medicamentum ægroto præbeatur, aut, si venter exoneretur, & similia, quæ non tantum de testatore, sed testibus quoque intelligenda sunt, *l. cir. Ord. MAX. cir.* ohn daß einig ander auswendig Handlung oder Weil, dann allein die Leibes-Noth halb geschehe und klein wäre, darzwischen falle. Quod si testator in morbum aliquem, sive animi deliquium inciderit, quod actionem interrumpet, testamentum infectum est, & si testator cum iisdem testibus ad reliqua testamenti peragenda redierit. Et nullum discrimen interest, quantus morbus, an longus an brevis: qui licet brevis fuerit, tamen natura non constabat talem eum futurum. Præterea huc repetenda sunt, quæ supra §. VII. dixi, non esse necesse, testamentum in illo actu solemni literis exarare, & scripturam tabularum conficere, quod testatoribus permisum, alio tempore dictatum scriptumve proferre testamentum. *l. 21. C. de testam. & Ord. MAX. de Notar. cir. l.*

XV. Hic quæstio oritur: quonam tempore actus ille solemnis celebrari debeat? an die? an nocte? Respondeo: posse utroque tempore vel die vel nocte; *l. 22. §. 6. D. qui testam. f. p. posse nocte signari testamentum, nulla dubitatio est.* Hæc tamen cum distinctione, si necessitas postulet, noctu testamentum perficere & solemnia confirmationis celebrare, tunc opus est adhibere luminaria accensa



censa, ut testatorem non tantum audire, sed & videre possint testes, & sic fraudibus via præscindatur, *l. 9. C. de testam.* Plerumque requiruntur tria luminaria ut in contractibus, *a. g. l. 1. §. 10. D. de vent. insp.* quod eandem, imò majorem circumspectionem præ illis desiderant testamenta, ea propter tot tantisque solemnitatibus munita. Videtur quidem obstare *Ord. MAX. de Notar. t. v. Test. §. 7.* ibi enim sermo est de die, verbis: **Desselben Tages**, sicut & *l. 21. C. de testam.* de die loquitur; declarat tamen, meo iudicio, ad positum verbum, **und Zeit**, & *l. 21. C. d. t. verb. tempore.* Quo non tam naturalem diem, exclusa nocte, intelligere videntur legum latores, quam potius tempus horis continuis ac coherentibus constans, quam annotare debent Notarii. Declarat id porro *eadem lex Imperii, in princ. §. die Notarien sollen auch.* ult. **Die Notarien sollen auch des Wissen haben, daß sie nit bey der Nacht, denn allein aus ehehafften Noth, Sachen, oder auch nicht heimlich sich erbitten lassen, Instrument zu machen.** Adhibentur enim Notarii, plerumque ad testamenta, imprimis ad testamenta scripta, ob solemnitates multas, qui & instrumenta de his conficiunt, uti immediatè sequens titulus **von Testamenten**, clarius testatur. Clariorem denique rem reddit, *l. 22. §. 6. D. qui r. f. p. supra citata*, & *l. 8. C. qui r. f. p.* Ultimò praxis quotidiana.

XVI. Sequuntur ordine, requisita & solemnia circa adhibitionem testium, quæ legibus conformis esse debet, & quatuor speciales solemnitates comprehendit. Constitunt in eo, ut 1) adhibeantur testes idonei atque habiles, 2) ut vocentur atque rogentur ad testamentum, 3) ut septem numero sint, 4) ut præsentibus sint. De quibus singulatim in sequentibus. Naturalem ordinem circa ad-

hibitionem testium servaturo mihi, primò se offert, quartum requisitum seu solemnitas, ad actum confirmationis necessaria, & inter specialia circa testium adhibitionem, prima; Est: ut adhibeantur testes idonei atque habiles. Circa quam ante omnia sollicitus sit testator, quod peracto testamento, quo in cuncta solemnia bene observata, nihilominus illud corrumpere potest & invalidum imò nullum evadere, si testes interfuerint in jure reprobati. Requiritur tamen idoneitas non semper & omni vitæ eorum tempore, sed facti seu signati testamenti tantum, ita, ut non noceat, si quid postea eis contigerit, quod in idoneos reddit *l. 22. §. 1. D. qui t. f. p. l. 1. C. de testam.* qua in parte receditur à dispositione juris, circa testes, in aliis actibus. Ratio est, quod in testamento adhibentur tantummodo solemnitatis, in aliis vero actibus veritatis causa. *arg. l. 3. §. 5. v. finge. D. de Carbon. ed.*

XVII. Præterea extenditur illud ita Jure Rom. ut, si quis tempore facti testamenti pro habili putatus, postea vero inhabilis, v. g. servus repertus fuerit, nihilo scius testamentum subsistat, sed ex benignitate Imperatorum, qui subvenire se velle rescripserunt, modo omnium consensu testis habilis existimatus fuerit, id quod legitur *§. 7. I de test. ordin.* Verum HOPPIVS *ad Inst.* id quoque ad mulierem & impuberem applicat. Consentit TREVTLERVS *ad Dig. Vol. 2. disp. 10. §. 4.* qui, quod de servo in Institutionibus dicitur, ad similes etiam casus, favore ultimarum voluntatum extendit, *a. l. p. §. f. de juris & f. ignor.* Ego aliam opinionem foveo ad quam lex patria *Ord. np. MAXIM. de Not. 2. de testam. §. die Notarien, 6.* me compellit. Ibi enim habentur verba: Ist zu rathen, daß zu Zeiten über die nothduffrige Anzahl der Zeugen andere mehr darzu für Zeugen genommen

nommen und gebethen werden, damit ob der andern  
 etliche von Recht dazu verworffen erfunden, das Testa-  
 ment dadurch nicht zu Unkräften kommen möge. Per-  
 suasum enim mihi habeo, ex hisce verbis, testes qui tempo-  
 re testamenti signati idonei fuere, semper in idoneos ma-  
 nere, licet illo tempore habiles reputati fuerint. Quid e-  
 nim legislator necesse haberet, consilium dare, ut plures  
 adhiberentur testes, præter ordinarium numerum, si ma-  
 nerent idonei, qui pro talibus habiti sunt tempore testa-  
 menti conditi? Certè, verba: **Ob der andern etliche von  
 Recht dazu verworffen würden**, nihil aliud significant, quam  
 adhiberi interdum testes habiles omnium consensu, nihilo-  
 minus eosdem reprobati à jure, quod illo tempore non fu-  
 erunt. Facile tamen concedo, anteriorem thesin, in seruo  
 solum, qui tempore conditi testamenti, liber homo repu-  
 tatus & testis adhibitus fuerat, de quo proprie in § *cit Inst.*  
 loquitur, propter verba *Ord. MAX. supra cit. von Recht da-  
 zu verworffen*, videtur enim hæc lex amplissima se ad Jus  
 Rom. hac in parte referre & eos admittere, qui à jure  
 haud reprobantur, qualis est servus, qui tempore conditi  
 testam. liber putatus est.

XVIII. Idoneitas verò s.abilitas testium testam-  
 tatorum, generaliter æstimatur ex eo, quod, uti Impera-  
 tor JUSTINIANVS §. 6. *Inst. de testam ordin.* ait: *testes adhi-  
 beri possunt, si, cum quibus testamenti factio est.* Qui passivam  
 scil. habent testamenti factionem. Non tamen hocce po-  
 nitur de iis tantum, sed etiam de illis valet regula, qui ha-  
 bent testamenti factionem, quam activam nominant, id  
 quod declarat atque confirmat *Ord. MAX. de not. t. von  
 Testam. §. 6.* verb: **Viel sind in Rechten zu solchen Zeug-  
 nis verboten, als gemeiniglich alle die, so selbst nicht mö-  
 gen**

gen von Recht Testament machen, oder aus Testamenten empfangen. Attamen non sine exceptione, sed plerumque tantum, uti loquitur laudata *Ordin. gemeiniglich*; quod ex inde quoque patet, quod cum servo, item furioso, est testamenti factio, i. e. possunt ex testamento acquirere, per §. 4. *Infl. de hered. qual & diff.* nihilominus, neque servus neque furiosus testis in testamento esse potest. Speciatim veroabilitas ex duobus imprimis apparet; Namque aut impediuntur aut prohibentur.

XIX. Impediuntur à natura, seu ob defectum aliquem naturalem, qui est vel corporis vel animi. Testes itaque testamentarii esse non possunt: 1) Furiosi. §. 6. *I. d. testam. ord. l. 2. §. 3. D. de jure Codic.* quod sec. l. 20. §. 4. *D. qui t. f. p.* compotes mentis non sunt. Limitatur tamen eadem lege ita; si habent intermissionem, eo tempore possunt adhiberi, quod per l. 17. *D. qui t. f. p.* etiam ad mente captos applicatur. 2) Impuberes, quia ob lubricum consilii, neque in ullo alio negotio testes esse queunt. §. 6. *I. de t. ord. l. 209. D. de V. S. l. 3. §. 5. l. 19. D. de testib. Ord. MAX. Nor. t. v. Testam. §. 7. über 14. Jahr alt zu seyn.* 3) Surdi, quoniam non possunt testatorem audire. §. 6. *I. de testam. ord.* 4) Muti, §. eod. ratio est, quia pro testimonio examinati, eloqui non possunt quid actum sit. 5) Cæci, quod testatorem videre & agnoscere haud possunt, l. 9. *C. de testam. as l. 21. C. de testam.* ratio quoque est, quia subscribere non possunt testamentum scriptum.

XX. Testamentarii testes vero esse prohibentur legibus, certæ personæ, quæ communiter in duas classes dispescuntur; quarum prima est earum, quarum in testimoniis dignitas, fides atque mores in considerationem veniunt, & sunt: 6) Servi, §. 6. *Infl. de testam. ord. l. 33. D. de R. I.*

R. I. ad quos homines proprii referuntur, O. MAX. de Not. t. v. §. 6. der Leibeigenschaft frey. Limitat tamen HOPPIVS, homines proprios non quidem ad liberi hominis testamentum posse adhiberi testes, bene tamen ad alterius hominis proprii; Eximunt nonnulli indistinctè, & ad omnia testamenta admittunt ut testes habiles homines ad scriptitios Lusatiae nostrae, quod facit I. G. STEVDNER in dissertatione sub praesidio D. J. C. SCHACHERI, 1715. habira §. 14. qui & REYSNERVM de testam. & TREVTLERVM in diff. ad Dig. citat. 7) Mulieres, §. 6. I. de testam. ord. l. 20. §. 6. D. qui testam. facere p. Ord. MAX. de Not. t. v. §. 6. 8) Herma phroditi, quando sexus foemineus praeualet. O. MAX. de Not. t. v. §. 6. Das seind die männlich und fräulich Gemächt haben, und in den fräul. Gemächt fürtreffen. Sed an verè herma phroditi sint, videant & dijudicent Medici. 9) Prodigii, §. 5. f. de t. ord. l. 18. D. qui testam. f. p. non moraliter sed civiliter tales, i. e. quibus bonis interdictum est, & pro prodigiis per iudicis sententiam sunt declarati. 10) Intestabiles redditii, §. 6. I. de t. ord. O. MAX. de Not. t. v. §. 6. dicuntur autem, qui nec ipsi testimonium dicere, nec ipsis testimonium dici potest. l. 20. D. qui t. f. p. tales sunt e. gr. ob carmen famosum damnati, l. 18. D. q. t. f. p. it. repetundarum, l. 20. §. 5. D. q. t. f. p. l. 15. D. de testib. adulterii, l. 14. D. de testib. vel alio quodam publico iudicio condemnati, l. 3. §. 5. D. de testib. Præterea Jus Canonicum à testimonio in testamentis excludit omnes in famia juris laborantes, Cap. in famas c. 6. qu. 1. cap. 54. X. de testib. quoniam integræ famæ testis esse debet, quod & multis in locis observatur. Hæretici quoque ad intestabiles & infames referuntur l. 4. C. de heret. & Manich. Auth. Credentes & Gazaros. Cod. de Heret. attamen hi l. 21. in f. C. cod. ar-

D

centur

centur tantum a testimonio contra orthodoxos, five utraque pars litigantium orthodoxa sit, five altera, invicem tamen admittuntur, exceptis Manichæis, aliisque ibi nominatis, quibus omne testimonium interdictum; præterea, hæretici alii puta, ab *Imp. ANASTASIO l. cit.* admittuntur ad testimonia testamentaria & in contractibus, propter utilitatem necessarii usus, & ne probationum facultas angustetur; quod vero in quibusdam provinciis ac locis arcentur, circumspectione opus est, & extra necessitatis casum, tutius est, tales non adhibere. Apostatæ *l. 3. C. de Apostat.* etiam ad intestabiles numerantur sine exceptione, & hoc meritò, ad hæreticam enim ecclesiam sunt lapsi, quare, ut mihi videtur, graviore animadversione sunt digni, quam in hæresi nati. Hæreticorum tamen nomen non tribus in Imperio nostro toleratis religionibus, Lutheranorum, Reformatorum & Catholicorum imponendum est, sed aliis, non receptis, & extra has tres religiones.

XXI. Altera classis, earum personarum, quæ testes in testamento adhiberi prohibentur, continet eas, quibus testimonium tale interdictum, non in omnibus, sed in certis testamentis, atque certas propter causas. Prohibetur ergo testis esse: 1) Filius familias in testamento patris, §. 9. *l. de testam. ord.* ob id, quod in potestate est testatoris, *Ord. MAX. Nor. t. v. T. §. 6. auch die so in Gewalt des Testirers.* Unitas enim fingitur inter patrem & filium, quæ tamen soluta, posset quidem esse testis, ob aliam tamen causam etiam repellitur, scil. quod hæres necessariò instituendus, nisi per pactum in hæreditatem patris renuncia-verit. 2) Pater in testamento filii, ubi intelligendus casus, si filius familias jure militari de peculio castrensi, an-

te

te missionem faciat testamentum. §. 9. I. d. i. ord. aliàs ne quidem testamentum facere poterit. Sed in emancipati testamento rectè pater erit testis, in casu scil. si descendentes habeat filius, quos instituere debet, ubi pater hæres non scribitur; it. in casu, si pater renunciaverit in hæreditatem filii. 3) Frater, in testamento fratris, in ejusdem patris potestate existentis, §. 9. 10. Inst. de test. ord. soluto tamen vinculo potest esse testis. 4) Hæres scriptus, & qui in illius est potestate, vel eum in potestate habet. O. MAX. de Not. r. de r. s. 6. §. 10. Inst. de test. ord. quia nemo in propria causa potest esse testis, l. 10. D. de testib. 5) Frater, qui cum hærede in ejusdem patris potestate est. U. cit. 6) Pater in eo testamento in quo filius, licet emancipatus, hæres est institutus. l. 9. 10. D. de testib. 7) Maritus in testamento, in quo uxor hæres est scripta l. 6. D. de testib. idonei non videntur testes, quibus imperari potest, ut testes fiant.

XXII. Statuunt quidem nonnulli, cavendum quoque esse, a personis arcta cognatione conjunctis, ne testes adhibeantur in testamento cognatorum, utpote filius in testamento, in quo mater instituta, & mater in testamento in quo filius hæres scriptus, frater quoque ubi frater institutus, & similiter; licet enim ratio potestatis vel domestici testimonii, quam in antea dictis personis dant, cesset, alia tamen, apud arctissima cognatione vel etiam obsequii vinculo junctos, subest ratio, utilitas nempe, & propria in jure intelligitur causa, unde utilitas vel commodum ad aliquem suo nomine potest pervenire, l. 10. D. de test. in propria vero causa idoneus testis est nemo, ad minimum tales non futuros testes omni exceptione majores. Sed mea sententia omnes admittendi sunt, quibus non in-

verdicitur testimonium per l. 1. §. 1. D. de testib. in specie id innuere videtur Ord. MAX. de Not. t. v. §. 6. verbis: sollen eigentlich Aufsehen haben, was Leut sie zu Zeugen dazu nehmen; dann viel seind im Rechte zu solcher Zeugnis verboten. Colligo enim inde, eos esse adhibendos, qui haud sunt prohibiti lege quadam. Aliam habeo rationem ex §. 11. l. de testam. ord. ubi legatarius & fideicommissarius particularibus permittitur esse testes, in testamento, ubi quid iis est relictum. Certè ad eos directè emolumentum idque in dubitatum pervenit, ex tali testamento; supra vero memoratis tantum oblique imò incertum est sperandum, quare eo magis admittendos esse arbitror. Quemadmodum ergo legatarius & fideicommissarius particularis testis esse potest; sic quoque recte testis est Notarius, qui testamentum scripsit & super actum confirmationis solemnem instrumentum confecit, per Ord. MAX. d. Notar. t. v. §. und sollen, 2. l. 27. D. C. l. 8. Cod. qui testum. facere possunt. Cum hac tamen limitatione: si de actu testandi quaestio est, non si de actu scribendi, tum enim sibi ipsi testis esset, quod non licitum. Pari ratione testis quoque alius, qui testamentum scripsit, est idoneus testis, l. 27. Dig. qui t. f. p. quod & testantur Libri BASILICON, lib. 35. l. 1. c. 27. ὁ γραφεὺς τῆς διαθήκης καλῶς ἐν αὐτῇ μαρτυρεῖ.

§§ XXIII. Ad quintum venio requisitum & solemnitatem ad actum confirmationis necessariam, quæ est, ut testes convocentur & rogentur ad actum solemnem testamenti, l. 21. C. de testam. rogatis testibus Ord. MAX. Not. t. v. §. 7. die dadurch sonderlich zusammen beruffen und gebethen. Observe itaque 1) testes debere convocari & rogari. Sed à quò resp. à testatore, quod ille principalis est



est persona, totiusque actus autor. Possunt tamen etiam rogari ab alio, iussu & patientia testatoris, immo ab hærede, dummodo præsentem & consentiente testatore, tunc enim ipse testator eos rogasse intelligitur, *a. l. i. §. f. D. si mens. fals. mod. dix.* PROSP. FARINAC. *de testib. qu. 62. n. 155.* SICHARDVS, *ad l. 21. C. de testam. n. 6.* Præsumuntur quoque rogati testes, quando in testamento sunt subscripti, BARTOL. *in l. sciend. 30. D. de V. Obl. n. 13.* itemque, si in testamento singulariter additum sit: convocatis ad hoc talibus testibus, quod plus est convocari, quam præsentem adesse. JASON *in l. 21. Cod. de testam.* alias in dubio non præsumuntur rogati, quia extrinseca hæc est solemnitas, quæ regulariter non præsumitur. *l. 13. in fine, D. de publ. in rem act.* BRVNNEM. *ad l. 21. C. de testam. n. 18.* 2) Debent testes rogari ad testamentum, factum testandi, quod verba *Ord. MAXIM. c. l. volunt: Dadurch sonderlich beruffen und gebeten. §. 3. Es ist auch im Testament noth, daß die Zeugen nicht allein gebethen, sondern insonderheit zu Aufrichtung des Testaments beruffen und genommen. Conf. l. 21. D. qui testam. f. p. §. Nov. 90. c. 3.* 3) Observandum est, quando testes fortuito adsunt, vel ob aliam causam vocati sunt, sufficere, si modo certiores de actu testandi, eisque initio actus reveletur, eos tanquam testes testamentarios adhiberi, conjuncta rogatione ad testimonium. *Ord. MAX. Notar. t. v. §. 3. Es ist auch, 3. oder außs wenigst, wo sie ungeschickter Ding, unberuffen, zu gegen wären, dazu ermahnet und besprochen werden. l. 21. §. 2. D. q. 2. f. p.*

XXIV. Accedo ad sextum requisitum & solemne, quod iridem circa testes est occupatum, & numerum eorum constituit, qui est septenarius. Septem itaque debent esse

esse numero *Ord. MAX. Not. t. v. § 7.* vor sieben Zeugen. Iuris Rom. harmonia invenitur in *l. 21. C. de testam. §. 3. l. de testam. ord. l. 8. C. qui t. f. p. l. 22. D. qui testam. f. poss. l. 12. C. d. testam.* Originem ducit hic numerus ex jure Prætoris, docente *Imp. IVSTINIANO. §. 3. l. de t. o. qui* ad personas istas respexit, quæ in testamento antiquo jure solito, per æs & libram, seu in mancipatione ista solemnî, per quam testamenta apud Romanos quoque fiebant, adhibebantur, nempe quinque testes, libri pendem & familiæ emtorem. Rationem aliàs, cur septem testes numero sint testamento adhibendi, *Imp. IVSTIANVS dat l. f. C. de fidei com. ne per pauciores forte quid falsitatis incurrat testamentum.* Juxta alia jura, non nullis in locis ac regionibus receditur quidem a nostro jure, circa hunc numerum, utpote quæ pauciores admittunt. Ita olim *sec. Novell. LEONIS 41.* quinque testes sufficiebant in urbano, tres in rustico testamento, quæ tamen *Novella* apud nos haud invaluit, quanquam jus in ea præscriptum in Oriente receptum fuit. At hoc loco tantum de jure universali Imperii nostri, & speciatim quod in Saxonia obtinet, tractare volui, alia jura aliis reservaturus. Quare præter citatum locum supra laudatæ *Ord. MAX. de Notar.* aliud est in promptu, ejusdem Imperii, videlicet, *§. und sollen? verb. daß nach Kayserl. Rechten außs wenigst 7. Zeugen noth sind.* Inter hos septem testes numeratur etiam Notarius, qui testamenti confirmationi adhibetur, per *l. citat.* immediatè sequentia verba: *in den der Notarius auch gezehlet wird,* quod non tantum in testamento scripto, sed aliis quoque testamentis, ibi disponitur. *Conf. Jus Rom. l. 27. D. § l. 8. C. qui t. f. p.* licet non rogatus sit ut testis, sed tantum ut Notarius, de quo ait *PAYLVS de CASTEO, ad l. 21. C. de testam.*  
Certe

*Certe satis videtur rogatus, ut sit testis, ex quo est rogatus, ut conficiat instrumentum.*

XXV. Hic numerus testium septenarius minui non debet, quod non ad fidei quaestionem, ut in aliis actibus pertinet, sed ad solemnitatem. Ius autem comune a privato minui non potest *l. 27. D. de R. I.* Minui tamen potest numerus statuto vel consuetudine, *l. 9. C. de testam.* alias, si unus de septem testibus defuerit, jure deficit testamentum, *per l. 12. C. de testam.* Contra ea, potest numerus augeri, ita, ut octo & plures testes tuto adhiberi queant, *l. 21. D. q. t. f. p.* Imò suadet plures adhibere *Ord. MAX. de Not. t. v. §. 6. die Notarien 6.* addita ratione, si nonnulli ex testibus reperirentur in jure reprobati, ne testamentum corrueret. Augetur praeterea numerus ille per leges ipsas, certis in casibus: 1) praecipitur octavum testem adhiberi, in casu, si testator artis scribendi non peritus, vel subscribere nequeat, *l. 2. C. de testam.* quod *Ord. MAX. Not. t. v. §. 7.* etiam ad eum casum extendit, si subscribere nolit, *verb. oder wo er nicht schreiben könt, oder alsdenn nicht möcht, durch eines andern achtenden Gezeugen Hand, &c.* Succurritur hac dispositione literarum ignaro, qui tamen in scriptis testari cupit, quod singulare est. Sed hoc explicavi in §. VIII. praeced. 2) Praecipitur octavus testis in testamento caeci, in Casu, si Notarius seu Tabellio haberi non possit, qui alias cum septem testibus est adhibendus, *Ord. MAX. de Notar. t. v. §. 6. aber zu eines Blinden. §. l. 8. C. qui testam. facere poss.* & sic notarius quoque vice octavi testis est.

XXVI. Septimum requisitum & solemne est praesentia testium. Quod quidem non tantum testamentarium testium est proprium, sed omnium commune, qui ad  
actum

actum aliquem adhibentur. Requiritur itaque, ut testes praesentes sint, *l. 21. C. de testam. testibus praesentibus. § 3. I. de testam. Ord. Ord. MAX. de Notar. v. T. §. 7. so sie alle bey einander versammelt sind.* Quid enim proderit convocatio, quid rogatio? si praesentes esse nolint testes & manere. Debent ergo 1) esse praesentens, non tantum corpore, ut videant & audiant testatorem, *l. 9. C. de testam. in conspectu testatoris*, quare & oculati testes vocantur, & quidem simul, non unus post alium. *a. J. 137. D. V. O.* Hinc, si in tenebris fiat testamentum, aut velo itemque pariete interposito inter testatorem decumbentem atque testes, ita, ut liberior testatoris auferatur conspectus, testamentum non valet, per *l. 9. C. de testam.* Sed etiam debent esse praesentes animo, ut scilicet intelligant testamentum fieri, quanquam non requiratur, ut sermonem seu linguam testatoris intelligant, sed sufficit, si percipiant testamento se adhiberi ut testes *l. 20. § 9. D. qui t. f. p. non intelligentiam sermonis exigimus, & paulo post: Si vel sensu percipiat quis, cui rei adhibitus sit, sufficere.* Haec tamen cuncta nondum sufficiunt, sed noscere optime testatorem debent testes, quod & implicite leges desiderare videntur, sub visu, auditu atque intellectu, alioquin facile fraus fieri & alia persona falsusque testator subornari potest. 2) Debent sponte adesse, non coacti. Indigitant haec verba legis nostrae Imperii, supra saepius citatae: *sonderlich zusammen beruffen und gebethen, § l. 21. C. de testam. rogatis testibus.* Qui enim rogatur, non cogitur. Uberius hoc expliat *l. 20. §. f. D. q. t. f. p. Si detenti sint invitati ibi testes, putant non valere testamentum.* 3) Debent testes praesentes manere. Hoc etiam colligitur, ex verbis legis Imperii *supra cit. versammelt sind.* Collectio enim & congregatio dissolvitur discessu, totusque

que actus rumpitur, si discedant, qui illi interesse debent antequam ad finem perducitur. Hoc totus textus *legis laudatæ* itemque *legis Cod. cit.* innuit, qui perpetuam præsentiam testium, quamdiu actus durat, clare postulat. Porro, apertè loquitur hac de re *l. 20. §. 8. D. q. t. f. p. verb. Veteres putaverunt eos, qui propter solemnia testamenti adhibentur, durare debere, donec suprema contestatio peragatur. l. 12. Cod. de testam.* Hisce omnibus benè observatis, & adhibitis, erit solemnis præsentia testium.

XXVII. Actu testandi incepto & testibus idoneis rogatis, iisque præsentibus, oritur quæstio, quid amplius faciendum sit? Nihil aliud, quam ut testator testamentum suum scriptum ostendat testibus & edicat, scriptura illa voluntatem ultimam contineri, & breviter, hoc esse suum testamentum, quod agnitio vel recognitio vocatur, & octavum requisitum ac solemne constituit. Negligitur hæc solemnitas, quam inter cæteras præcipuam esse, *MENOCHIVS, Consil. 313. n. 22.* tradit, a multis; legibus tamen expresse desideratur, uti videre licet, ex *Ordinat. MAXIM. Nor. t. v. §. 7.* fürbringt und legt die dar, & paulo post: *Das er öffentlich ansag, daß solches, so er darlegt, sein Testament sey.* Consentit *Jus Rom. in l. 21. Cod. de testam.* dum tamen testibus præsentibus testator suum esse testamentum dixerit, quod offertur. Nonnulli tamen *Dd.* hancce solemnitatem conjungunt cum alia, vel cum clausura, vel cum subscriptione. *Jure Romanor. antiquo,* teste *VLPIANO, in fragm. t. 20. §. 9.* certa usi sunt formula, nimirum: *Hæc, uti his tabulis cerivæ scripta sunt, ita do, ita legor, ita testor, &c.* sed sublata verborum solemnitate, per *l. 15. C. de testam.* de formula hodie nulla nobis cura est, sed simplicibus atque planis verbis utimur, modo ea contineant,

E

quæ

quæ verba legis Imperii supra relata poscunt. Ostendit quoque testator testamentum suum extrinsecus tantum, quod juxta *l. 27. C. de testam.* sufficit, si testator scripturam testamenti clausam & complicatam aut involutam, testibus offerat.

XXVIII. Ad nonum meo converto requisitum atque solemne; Consistit in eo, ut testes septem rogati se subscribant illi testamento. Discitur ex *Ord. MAX. de Nor. r. von T. §. 7.* durch einen jeden der sieben Zeugen zu unterschreiben, & in fine, durch die sieben Zeugen allen, mit ihren eigenen Händen unterschrieben. *l. 21. C. de testam. subscribendam, & iterum: testibus subscribentibus.* Hic annotandum venit: subscriptionem testium ab omnibus & singulis propria ipsorum manu fieri debere, *l. 30. D. qui r. facere poss. verb. singulos*, id quod etiam disponit *Ordin. MAX. loco cit. verb. mit ihren eigenen Händen.* Ita, ut non liceat vicaria manu subscribere; haud enim valebit unius subscriptio pro alio. *CARPZ. P. III. Const. 3. d. 1. n. 6.* quare, si ab uno vel altero teste omittatur subscriptio, testamentum vitatur, *l. 12. C. de testam.* Excipitur tamen, licitum esse subscribere per alium eo in casu, si forte tali in loco testamentum fiat, ubi tot non inveniuntur, qui scribere queunt. *l. f. C. de testam. ubi: Si vero unus aut duo vel plures fuerint literati, liceat eis pro ignorantibus literas, presentibus tamen, subscriptionem interponere.* *CARPZ. P. II. Dec. 147. n. 6.* Attamen limitationem eadem lex ponit verbis immediate sequentibus: *Sic tamen, ut ipsi testes cognoscant testatoris voluntatem: & maxime quem vel quos heredes sibi relinquere voluerit: & hoc post mortem testatoris jurati deponant.* Ex quibus adparet, testamentum hoc modo conditum, plane inducere formam testamenti nuncupativi; vel

vel mixti generis, ita, ut partim nuncupativum partim scriptum vocari possit. At ego suasor esse nolim, ut quis tali modo condat testamentum, quia, quam lex citata Romana dat licentiam, Imperii nostri lex haud æquè concedit; multò magis poscit, ut propriis manibus testes subscribant testamento, verb. **Durch die sieben Zeugen allen mit ihren eigenen Händen unterschrieben.** Si ergò tot literatos quis habere non possit testes, quot leges requirunt, abstineat à testamento scripto atque clauso, & nuncupativi formam sibi eligat. Formulam subscriptionis legibus præceptam invenio nullam. Et opus etiam est nulla, præter testatoris nomen integrum, quod circumstantiæ partim ex testamento constant, partim præsumuntur, imò plerumque ex instrumento, quod hodie Notarii adhibiti conficiunt, discuntur. Legimus tamen apud BRISSONIVM de *formulis lib. VII. cap. III.* subscriptionem GREGORII NAZ. testamento ab AMPHILOCHIO subditam:

*Ἀμφιλόχιος Ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἰουδαίᾳ, παρὸς τῇ διαθήκῃ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Γρηγορίου, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ, ἐπέγραψα χεὶρὶ ἐμῇ.*

XXIX. Conjuncta est, cum priori solemnitate alia, videlicet signatio testium. Præcipitur illa legibus citatis & quidem *Ord. MAX. Not. t. §. 7.* verb. **Mit ihren gewöhnlichen Signeten zu besiegeln.** Et in fin. **Mit ihren gewöhnlichen Signeten bezeichnet werde.** Et *l. 21. C. de testam.* harmonice cum dicta lege disponit, verb. *signandam,* & paulò post, *testibus consignantibus §. 5. Inst. de test. ord.* Dicitur olim est inter Doctores, num annulo præcise signari debeat testamentum, vel, an aliud etiam signum, quod sigillum seu signetum vocamus, sufficiat. Priorem opinionem cum aliis defendit VIOLIVS & CVJACIVS, tum ex *§. 5. Inst. de t. ord.* ubi de annulo sermo est; tum

ex l. 22. §. 5. D. qui test. fac. poss. it. l. 12. C. de testam. at ratio suadet, sigilla alia, quæ non in digitis, ceu annulos signatorios gestamus, debere admitti; signatio enim dependet à fide signatoris, & annulus adhibetur ad signandum testamentum, non quia annulus, i.e. in orbem reflexus, sed quia testis signum habet insculptum. Et, licet §. cit. Inst. mentionem faciat annulorum; tamen l. 21. C. d. test. eos non videtur postulare, quod tantum de subsignatione generaliter loquitur. Clariorem facit rem lex Imperii, Ordin. scil. Notar. verbo: gewöhnlichen Signeten, quam & usus sequitur, admittendo sigilla, sive annulis signatoris fiant, sive aliis signetis seu impressis germanicè *Puschir, Putschafft* dictis, modo characterem habeant. Sed aliam quæstionem decidit §. Inst. cit. Posse nimirum omnes testes uno annulo signare testamentum, item: & alieno quoque annulo esse licitum signare, de quo lex nostra Imp. Ord. MAX. r. v. T. §. 10. Es mögen auch ihr einer oder mehr, so nicht eigen Signet hätten, eines oder mehr der andern Signeten sich hierinn gebrauchen. quod l. 22. §. 2. D. qui r. f. poss. in tantum amplificat, quod testamentum valeat etiam si ab ipso testatore annulum accepero & signavero, est enim quoque alienus. Ubi tamen requirunt, utentem debere in subscriptione annotare, se alieno signo usum fuisse. Legibus quidem hoc non expresse cautum, tutius tamen erit; quanquam annotatione illa omiſſa, testamentum haud statim vitatur. Præterea est notandum, omnes testes debere subsignare, quare, si omnes subscriperint, unus autem non signaverit, & vice versa, vitietur testamentum. l. 22. §. 4. D. q. t. f. p. l. 12. C. d. test. Habemus etiam aliam dispositionem Juris Civilis circa signationem, namque l. 30. D. qui test. f. poss. cautum: *Singulos*



gulos testes, qui in testamento adhibentur, proprio chirographo annotare convenit, qui & cujus testamentum signaverit. Verum nostra lex Imperii, Ord. MAX. de Notar. & testam. hac de re tacet; ergo hocce jure non utimur.

XXX. Locus, quo fieri signatio debeat, est finis testamenti. Ord. MAX. cit. enim ait: unterschrieben, und gewöhnl. Signeten bezeichnet werde. Sequitur ergo signatio subscriptionem, quæ ultimò loco fit, aliàs subscriptio, vel unterschrieben, non dici potest. Quod tamen intelligi non debet, quasi præcise signatio fieri debeat, immediatè post ultimam lineam scripturæ testamenti, fieri enim potest etiam extrinsecus, involuto jamjam testamento atque clauso, quod verba indicant Ord. MAX. verbunden oder allein beschloffen und eingewickelt. Si enim licet, involutum atque clausum proferre testamentum & testibus offerre signandum, sequitur, signationem quoque posse, & hoc in casu debere fieri extrinsecus. Jus Rom. hanc thesin illustrat atque firmat l. 22. §. f. D. qui test. f. p. signatas tabulas accipi oportet, etsi linteo, quo tabule involuta sunt, signa impressa fuerint. Et DURANDVS in spec. Jur. testatur, sui ævi moribus, appensa quoque fuisse sigilla, qui mos nunc obsoletus, nec ullis in subsignationibus amplius est in usu.

XXXI. Requisitum itemque solemne adest ultimum: Supscriptio testatoris. Poscit eam Ord. MAX. d. Not. r. v. §. N. d. f. 7. Vor den Zeugen allen mit eigener Hand unterschreib. Consentit Jus Rom. l. 21 C. de testam. eique ipse coram testibus, in reliqua parte testamenti subscripserit. ii. §. 3. l. de testam. Ord. Fit majoris significationis & certitudinis ergo, aliàs agnitio & monstratio satis esse possit. Subscribat ergo testator testamentum suum

suum necesse est. Quo nihil aliud desideratur, quam ut nomen suum in fine apponat. Licitum tamen est, si scribere non possit vel nolit, alius ope hac in parte uti, ex quo involvitur non adeo necessariam esse subscriptionem. Ast hoc in casu, necesse habet, octavum testem requirere, ad peragendum hocce munus, qui loco sui subscribat, non quidem testatoris nomen, sed testis proprium, cum mentione, quod testis nomine & rogatu testatoris subscripserit, id quod clare volunt verba: *Ord. MAX. de Not. cit loco* oder, *er nicht schreiben könt oder alsdann nicht möcht, durch eines andern achtenden Gezeugen Hand, in seinen Rahmen und auf sein Begehren an einem Ort unterschreiben laß.* *Conf. l. 21. C. de testam.* Attamen per testatorem, qui non scribere potest, haud intelligi debet talis, qui omnium literarum est ignarus, ut nec legere scripta possit, sed tantum, qui vel non scribere potest, bene tamen legere, vel qui morbo est impeditus, sicut in superiori §. VIII. demonstravi.

XXXII. Locus ubi nomen testator suum addere debet, clare non est præceptus, ex eo tamen, quod in legibus hocce solemne, subscriptio scil. testatoris, in ultimum locum, & post testium subscriptiones reservatur, colligo, posse testatorem subscriptionem suam post testium subscriptionem addere. Obstare quidem videntur verba *Ord. MAX. c. l. alsdenn desselben Tages und Zeit, &c.* quæ significatum habent, debere testatorem ante testis, de quibus, in ante cedentibus sermo est, subscribere, sed meo iudicio, ille tantum casus respicitur, si non possit vel nolit ipse subscriptionem præstare, ubi testium subscriptionem omnino sequuntur vicarii testatoris subscriptionem. Videntur porro obstare verba *legis 21. pr. Cod.*

*Cod. de testam. inf. Finem autem testamenti subscriptiones & signacula testium esse, decernimus.* At respondeo per hoc non esse exclusam subscriptionem testatoris, quæ iisdem finem facit, & quæ subintelligitur, quare & illius nulla fit mentio; Præterea non tam leges Romanæ apud nos, quam lex Imperii, prævalet. Certè, nihil interest, quo loco testamentum à testatore subscribatur, quod fraudibus nulla via per id aperitur, ob quas solemnitates cunctæ institutæ sunt; quare & *Ord. MAX. laudata loci* nullam curam habet, sicut & pluribus in locis subscribere haud est opus, sed in uno tantum, quod ex verbis *Ord. MAX. cit. l. an in eodem Ort*, discimus, quamvis hodie, ubi ex pluribus foliis communiter constant tabulæ, sub singulis lateribus subscriptio repeti solet. Romano etiam jure à subscribendi munere in totum dispensatur testator, in casu, quando sua manu totum testamentum conscripsit, & hoc speciale in scriptura reposuit, per *l. 28. §. 1. C. de testam.* quod etiam apud nos secundum *Dres* locum habebit, præsupposito tamen, si testator in scriptura illa & nomen suum integrum scripserit & mentionem fecerit, se totum propria manu conscripsisse testamentum, quod propterea holographum vocatur.

XXXIII. Sed oritur quæstio: Num sufficiat subscriptio testatoris, in involucrio testamenti facta? Hoc primo intuitu non apparet, ob id, quod involucrum pars testamenti haud esse videtur. At clarior evadet quæstio & dubium resolveretur, si *Ord. MAX. d. Nor. t. v. §. 7. & l. 21. C. de testam.* inspiciamus; ubi permittitur testamenti scripturam ligatam, clausam, & involutam, proferre, atque testibus signandam & subscribendam offerre. Ex quo nihil aliud sequitur, quam licere extrinsecus & in ipso involucrio subscribere & testatorem & testes, quod etiam aliquo pacto

paſto in teſtamento clauſo involutoque fieri nequit. Quod tamen ita intelligo, ſi involucrum revera pars teſtamenti factum ſit, quod mediante ſigillo ſit, quando illud ita imprimitur, ut ſine detractiōe chartæ, ſcripturam teſtamenti eximere non poſſimus, de quo §. XLI. locutus ſum. Fieri quoque pars teſtamenti poteſt involucrum, quando, ubi Notarius adhibitus, illud una cum teſtamenti ſcriptura ipſa, inſtrumento illius, mediante filo ſerico, vel linteo, annectitur, atque Notarii ſigneto munitur, qua de re inſtrumentum aperturæ vel publicationis poſt mortem teſtatoris teſtimonium perhibebit, ſicut & illud inſtrumentum, quod Notarius ſuper actu teſtandi confeſcit, hanc circumſtantiam bene debet comprehendere, quo pacto fraudibus omnibus via præſcinditur & finis legis obtinetur.

XXXIV. Aliud argumentum ſubſcriptionem in involucro fieri poſſe, ſuppeditat teſtamentum publicum judiciale ſcriptum, quod judici offerre licet clauſum, mediante ſigillo teſtatoris, ita tamen, ut à teſtatore ſubſcriptum vel certum ſit, eundem ſcribere poſſe vel tantum legere, alias in judicio eſt prælegendum. *CARPZ. P. II. dec. 149.* Sed, quomodo judex ſcire poterit, eſſe ſubſcriptum, niſi hoc extrinſecus & in involucro, quo noſtro ævo plerumque utimur, factum ſit? Valet ergò tale teſtamentum judici oblatum, ſigillo obſignatum atque clauſum & à teſtatore ſub- vel ſuperſcriptum, ſicut quoque non ſubſcriptum, oblatum à teſtatore, qui ſcribere vel tantum legere poteſt. Meo judicio valet etiam à tali teſtamento conſequentia ad teſtamentum privatum clauſum, quod Notario & teſtibus offertur, ita, ut ſub- vel ſuperſcriptio teſtatoris in tergo ſeu involucro ſubſiſtat. Eſt enim

enim itenditas rationis, & Notarius cum testibus instrumentalibus est vice iudicis, cui scabini assident. Namque Notarii sunt iudices ordinarii, & jure suo atque proprio habent jurisdictionem ordinariam, MENOCHIVS *de præsumt. l. 2. pr. 78. n. 1.* atque voluntariam. CARPZ. *l. 6. tit. 2. resp. 18. n. 20. f. BOER. dec. 242.* quam exercent inter volentes, quæ ad receptionem atque insinuationem testamentorum se quoque extendit. WESENBEK. *ad Dig. qui testam. facere poss. n. 10.* Præterea parens Jctorum Saxonicor. CARPZOVIVS ipse *P. 3. C. 3. d. 28.* comparisonem inter testamentum iudici oblatum scriptum atque clausum, & illud, quod itidem clausum Notario & testibus offertur, instituit, atque quæ in hoc juris sunt, ad illud applicat, ipsam *Ord. MAX. de Not. t. v. L. S. N. d. f. 7.* cæterasque citans leges.

XXXV. Aliam quæstionem prætermittere haud possum. Est: Num à testatore facta recognitio nominis sui, ante & extra actum testandi, subscripti, valeat, & ad validitatem testamenti sufficiat? Certè legibus supra allatis pro forma testamenti scripti præscriptum est, ut testamento testator coram testibus sua manu subscribat. Videtur ergò testamentum, ubi scriptio testatoris in præsentia testium est omiſsa, vitiari & nullum esse, quod caret requisito & solemnitate juris civilis. Nullibi enim requiritur recognitio nominis, sed subscriptio ipsa. At respondeo: Inquirendum esse in causam & rationem legis, ubi solemnia sunt præscripta, quæ nihil fuit aliud, quam ut fraus evitetur, & dolo præſcindatur via. *§. 4. F. de testam. ord. ut nulla fraus albibeatur; § l. fin. C. de fideic. ne quid falsitatis incurrat.* Itaque si falsitatis suspicio cesset, subscriptio omiſsa non nocet; quare & hic regula juris valet:

F

Cessante

Cessante ratione vel causa finali legis, cessat & ipsa lex seu constitutio & effectus legis. *C. 60. X. de appellat.* Firmatur hæc regula exemplis plurimis, utpote *l. 9. pr. D. de except. rei judic. l. 6. §. 2. D. de jure patron. l. 32. D. de pact. l. 39. D. de furt.* Cessat vero fraudis suspicio, quando testamento scripturam testibus ostendit testator, & pro suo testamento agnovit, (quæ voluntatis ultimæ significatio ex parte testatoris principale est, in actu solemnii) idem præterea subscriptionem nominis sui, quando pro subscriptione propria manu facta recognovit.

XXXVI. Quæ recognitio subscriptionis, separata ab agnitione tabularum pro suo testamento, pro æquipollente est habenda, & consideranda ac si nominis subscriptio à testatore in præsentia testium esset facta. Non enim refert, quid ex æquipollentibus fiat. *l. 22. pr. v. Brasidas D. ad Sc. Trebell. l. 3. C. de inst. & subst. l. 29. §. 5. D. de lib. & posth. l. f. C. de donat. que sub modo.* Namque æquipollentium eadem est disciplina & idem judicium. *C. in his X. de V. S. l. f. inf. D. mandati. l. 11. §. 11. de legat. 3.* Sunt verò æquipollentia, quæ eandem habent rationem, vel majorem, & quorum effectus est idem. *BALD. in l. 16. illud. C. de SS. Eccl.* Ajunt quidem, æquipollentia non operari contra formam, quippe quæ jus commune corrigere haud possunt; attamen *JASON ad l. jubemus 29. C. de testam. & l. si mater. 3. Cod. de inst. & subst.* disputans contra Glossam & communem opinionem, statuentem: Si Notarius vel alius in præsentia testatoris exprimat vel legat nomina hæredum, & testator expresse confirmet & approbet, videri ac si testator ipse expressisset; post multas disputationes, imprimis: quia, ubi lex dicit, quod ubi aliquid debeat fieri propria manu, non potest fieri per alium etiam cum speciali

Speciali mandato; & quod ubicunque à lege aliquid requiritur sub certa forma, non sufficit, quod illa forma impleatur per æquipollens; habet distinctionem inter eum casum, quo lex ultra procedit annullando, forma non servata, uti in citata lege. Idem tandem tenendo Glosam & communem opinionem, suam conclusionem limitat ita: Procedere communem opinionem, quando testator esset talis, qui posset articulatè loqui si vellet, tunc sufficere, quod eo præsentè, Notarius exprimat nomina hæredum, aliàs, si non posset articulatè loqui, esse secus. Sic ego, JASONEM secutus, arbitror, cum nec *lex Imperii nostri de testamentis*, neque *l. 21. C. de testam.* annullando, ut ille ait, procedat, externa forma non servata, æquipollens posse valere, quod in casu meo est recognitio nominis, antea à testatore scripti, loco subscriptionis ipsius in solemnè actu. Sicut & JASONIS alteram distinctionem ad præfatum casum applico, & dico: quando testator est talis qui scribere potest, tunc sufficit recognitio nominis scripti, & sic *arg. l. 29. Cod. de testam.* æquipollens contra formam operatur. Ad hæc, si prædicta cuidam non placerent, puto, esse distinguendum, inter formam internam atque externam, ita, ut æquipollens contra internam formam non operetur. Sic, cum in testamento sit forma interna, hæredis institutio, testamenti itidem factio & passiva & activa, hæc forma per æquipollens nequiquam suppleri poterit; Est enim hæcce forma essentialis omni in testamento, quare, si absuerit, nomen in totum amittit ultimum elogium, imò nullum est. At subscriptio, præsentibus testibus, pertinet tantum ad formam externam, quæ alias solemnitas extrinseca audit, & contra hanc procedere æquipollentia libentius dixerim. Licet enim extrinseca

trinfeca folemnia quoque ad fubftantiam faciant testamenti fcripti, funt tamen fubftantialia modo refpectu fcripti, non in genere accepti testamenti, proinde, fi unum alterumve folemne extrinfecum ad amiffim haud fuerit obfervatum, testamentum minimè & nomen & vires testamenti perdere potest in genere considerati; fed ad summum ad aliud genus, utpote mixtum erit referendum, & pro relativo testamento habendum. Alia est ratio, ut æquipollens admittatur, quod recognitio in iure habeat vim confessionis, cui standum est, *l. 25. §. ult. D. de prob. l. 29. C. de fide instr.* Et nulla firmior est probatio propria confessione, *l. 19. C. de non numer. pec.* quare & nihil est naturalius, quam confessioni de fubfcriptione eundem tribuere effectum ac ipfo facto, fubfcriptionis nempe in præfentia testium; inprimis quando constat, atque certum est, testatorem artis fcribendi fuiffe peritum, quæ certitudo est quoque ratio, cur testatori nolenti, vel non valenti, testamentum fubfcribere, liceat fubfcriptionem per alium præftare, de quo *Ord. MAX. Not. r. v. §. 7.* quæque rem fupra §. VIII. & §. XXXI. attigi.

XXXVII. Porro est testamentum claufum, ad cuius confirmationis actum folemne Notarius cum duobus testibus requiritur, ficut hodie plerumque fieri folet, fupra quem actum ille instrumentum conficit, haud abfimile testamento in fcripturam redacto claufo judiciali. *CARPZ. P. 3. C. 3. d. 28.* Ubi permittitur testatori, qui fcribere, vel fcripta tantum legere potest, testamentum offerre iudici, cui fcribini affident, quanquam non fubfcriptum, modo testator illud pro fuo coram agnofcat, & iudex figillo fuo illud muniat, cuius rei testificandi causa, regiftratura conficitur; quare & tale testamentum fimili iure,



jure, mystici nomen meretur, quam illud scriptum clausumque, ad cuius actum solemnem Notarius adhibetur, nec immeritò quæ in judiciali scripto valent, in hoc sufficere dicuntur, quod & supra §. XXXIV. exposui.

XXXVIII. Deinde æquitas testamento tali, de qua questio, succurrit, nam *quoties æquitas desiderii naturalis, ratio aut dubitatio juris moratur, justis decretis res temperanda est. l. 85. §. 2. D. de R. I. &, in omnibus, maxime tamen in jure æquitas spectanda est, l. 90. D. de R. I. secundum verò l. 8. C. de testam. æquitas rigori preferenda est.* Quæ æquitas expressis quoque verbis solemnitatis defectum juvat MARCELLVS l. 183. D. de R. I. *Etsi nihil facile mutandum est ex solemnibus. tamen ubi æquitas evidens poscit, subveniendum est.* Quis vero non videt, evidentem æquitatem adesse, ut recognitio nominis subscripti, vice subscriptionis ipsius sit? Æquitatis autem hujus specialis fundamentum habet, l. 5. D. testam. quemadm. aper. quod publicè expedit, suprema hominum judicia exitum habere, & l. 1. C. de SS. Eccles. ubi Imp. CONSTANTINVS præter alia hæc profert: *Nihil est quod magis hominibus debeatur; quam, ut suprema voluntatis, (postquam jam aliud velle non possunt) liber sit status & litium, quod iterum non redit arbitrium.* Maximus ergo est favor testamentorum, qui efficit, ut voluntates ultimæ, omni interpretatione adjuvari debeant, l. 12. D. de R. I. quod & CICERO bene agnovit, *Orat. Pbil. 11. in publicis nihil est lege gravior, in privatis firmissimum testamentum.* Quare & hic bene applicatur l. 15. C. de testam. *indignum est, ob inane observationem irritas fieri tabulas & judicia mortuorum.* Studium vero juris, conservandi testamenta, in claro exemplo cernitur, §. 7. Inst. d. testam. ord. ubi testamentum ad quod servus, qui liber existimabatur, adhibitus, nihil

hilominus subsistit, licet aliàs servi inhabiles sint ad dicendum testimonium in testamentis; principes enim tali in casu subveniunt. Quum tamen *lex supra citata l. 183. D. d. R. I.* ad materiam restitutionis in integrum pertineat, quæ non utique semper a prætore indulgetur, sed ubi æquitas evidens poscit, ut hoc loco MARCELLVS ait, cum causæ cognitione igitur necesse erit, ut iustitiam hic quoque iudex examinet, *juxta l. 3. D. d. integr. restit.* & ubi nullam fraudis suspicionem (quæ in casum eum, quando testator literarum probè gnarus est, & præterea tabulas pro testamento suo agnovit, cadere nulla ratione potest) reprehendit, subveniat; Judici enim incumbit, ut ultima voluntas testatoris exitum fortiatur. *CARPZ. p. 2. dec. 149.* Attamen hac examinatione atque cognitione opus haud esse puto, quando Notarius, ut nostris temporibus solet, adhibitus est; ille enim in instrumento de omnibus circumstantiis accuratè satis testabitur, ut ætutum videre liceat, num fraus intervenerit vel ejus suspicio aderit nec ne?

XXXIX. Tantem, decisam quæstionem §. XXXV. propositam jam dudum esse, destat & præjudiciis Collegii Jurorum Acad. Vitembergensis statuminant *III. AVG. LEYSERVS, in Medit. ad Pandect. Specim. CCCLV. Medit. V. p. 618. f.* talem struens regulam: *Omissio exigue solemnitatis, testamentum, quod ceteroquin nulla fraudis suspitione laborat, haud vitiat.* Quam & exemplo illustrat, ubi *Juri Vitembergenses* testamentum sustinere, quod testator testibus quidem exhibuerat, hi tamen in aliud conclave deducti, testatore absente subscripserant & signarant, ex ea ratione, quod nulla fraudis suspicio aderat. Eandem regulam legum rationibus firmat, fidelicet supra à me citata *l. 183. d. R. I.*

§ l. 15. C. de testam. quas locum in venire debere ait, toties, quoties fides quidem testamenti in dubia est, sed tamen id ex omissione exiguae solemnitatis, quam leges requirunt, oppugnatur. Ultimò recentiore addit casum, qui Illustri Jctor. Vitembergensium Collegio obvenit, quæstioni meæ conformem, atque M. Oct. 1726. subsecutum decisum, quod totum huc transcribere lubet: Wird zu wissen verlangt, ob der uns in Abschrift zugefertigte letzte Wille, in formalibus seine gehörige Richtigkeit in allen Stücken habe. Nun haben wir alles mit großem Fleisse durchlesen, und nichts von denen, zu einem Testamento solemnè privato erforderren Stücken ausgelassen gefunden, außer diesejenige, daß die Testatrix solches Testament nicht in Anwesenheit der 7. Zeugen selbst unterschrieben. Gleichwohl erfordern solches die Rechte klar, zu Verhütung alles Betrugs und Unterschleiffs, l. 21. pr. Cod. de testam. Ord. Notar. d. A. 1512. r. von Testam. §. 7. STRYK. de Cauelis testam. C. 15. §. 5. Da nun die in Rechten vorgeschriebene solemnia bey einem Testament genau in Acht genommen werden müssen, und niedrigen falls solches null und nichtig ist; so gewinnet es das Ansehen, ob gehe gegenwärtig Testament dieses Mangels halber über den Hauffen. Alldieweil aber die Testatrix in Gegenwart des Noararii und der 7. Zeugen, auf ihre Hand und Petschaft gewiesen, und solche vor die ihrige recognosciret, folglich die nothwendige Unterschreibung in der Zeugen Gegenwart dadurch suppliret wird; hiernächst gedachte Testatrix außer den 7. Zeugen noch einen Notarium darzu genommen, dessen Unterschrift völlig statt der Unterschrift der Testatrix seyn könnte, l. 21. C. de testam. l. 8. C. qui testam. facere poss. ferner aus dem von den Notario in seinen

seinen Instrument angeführten Umständen, aller Verdacht eines Betrugs hinweg fället, endlich, und wenn auch ein kleiner Fehler vorhanden wäre, dennoch die Rechts-Regul, in l. 183. de. R. I. statt finden, und der Billigkeit nachgegangen werden müßte; So haben vielgedachtes Testaments Formalia, in allen Stücken ihre gehörige Richtigkeit.

XL. Subscriptionem testatoris sequi potest ejusdem subsignatio. Hanc requisitum vel solemne nominare non audeo, quod legibus eandem præceptam haud invenio. Tacent enim de ea re leges Romanæ. Tacet patria, *Ord. scil. MAX de Notar. § testam. cujus tamen rationem præfertim hoc in negotio habere debemus, qua propter ex hujus defectu testamentum impugnari nequit, affirmante S. STRYKIO, in usu mod. Pand. lib. XXVIII. tit. I. qui testam. fac. poss. §. 19.* Coincidit hæc testatoris subsignatio cum clausura testamenti, de qua supra §. IX. sermo fuit, quæ mediante signeto sive sigillo fit, & non dubito quin affirmem, esse unum & idem. Sicuti autem loco citato pluribus exposui, esse consignationem & clausuram in arbitrio testatoris positam, num adhibere velit; ita omnia quæ ibi dixi, huc sunt transferenda & de subsignatione intelligenda. Sin autem quis subsignare velit testamentum suum, quemadmodum hodie, ubi ex multis chartis constant tabulæ, pluribus in locis & cunctis lateribus multi faciunt, id testamento noxium haud erit, per illud: *Superflua non nocent. l. 17. C. de testam.*

XLI. Absolutis iis, quæ ad testamentum privatum solemne clausum, sive scriptum spectant, altera species testamenti solemnis se offert, nimirum nuncupativum, quod orali hæredis nuncupatione, in præsentia septem testium solemniter perficitur. Poscit easdem solemnitates, quas  
te

testamentum, scriptum exceptis iis, quæ ad scripturam pertinent. Sic loco scripturæ, in quam scriptum redigitur à testatore, est nuncupatio seu nominatio hæredis, (quæ propria hujuscemodi est testamenti, solemnitas) coram septem testibus, qui quidem idonei ac rogati & præsentés esse debent; ars tamen scribendi in illis non desideratur, idèd, quod nihil adest, quod subscribant, sicut etiam nihil signant.

Quum vero in testamento scripto supra §. XXVI. necesse non esset, ut testes linguam testatoris intelligerent, in testamento nuncupativo aliter se res habet, in eo enim bene intelligere debent, quid testator edicat; quod opus est, eosdem examinari super nuncupata voluntate testatoris ultima, & hæredis imprimis institutione, de quibus jurati deponunt, nisi Notarius de actu solemnè instrumentum confecerit, ut infra. Est itaque eorum testimonium non solum solemnitatis, sed etiam veritatis. Brevibus describitur testamentum nuncupativum in *Ordinat. MAX. de Notar. tit. von Testam. §. 8.* Aber die Form eines Testaments, das Nuncupativum genennet wird, ist also: Daß der oder die, so das Testament machen will, des oder deren, so er oder sie, zu Erben haben, und des oder deren, so er etwas verschaffen oder verlassen will, Nahmen, und was er im Testament begriffen haben wolt, vor sieben Gezeugen, die darzu berufft, und gebethen seyn sollen, öffentlich und klärllich benennt und ausgedruckt wird. Jus autem Rom. de hoc l. 26. C. de testam. disponit idem. Spectat huc quoque §. ult. I. d. testam. ord. l. 21. §. 2. C. de testam. l. 21. pr. D. qui testam. f. poss.

XLII. Præter has duas species testamenti solemnis, scriptum scil. & nuncupativum, est & tertium mixtum. Alias quidem Logicis mixtum sub simplici comprehenditur,

tur, quare & testamentum quod mixtum appellatur, vel apud scriptum vel apud nuncupativum locum habere debuisset; attamen melioris tractationis ergo, separatim illud considerare volui, ratione imprimis motus, quoniam ipsa lex de testamentis primaria, *Ord. MAX. de Notar. l. v. Testam. §. 1. verb. man mag auch noch von einem dritten Geschlecht darzu thun, mihi præeat.* Nominatur autem mixtum, quod ex prioribus formis, scripto nempe atque nuncupativo simul participat, & uti *lex cit.* loquitur. **durc mündlich aussprechen, aber doch nicht ohne Schrift.** Refertur autem ad formam testamentorum solemnium mixtam, 1) testamentum scriptum, quod non clausum sed apertum à testatore proferetur & testibus ostenditur, simulquæ iis prælegitur, de quo supra, ubi de clausura §. IX. egi. 2) testamentum cæci, quod *lex Imperii citata.* ipsa huc refert, & 3) implicitum seu relativum. De duobus posterioribus itaque in sequentibus.

XLIII. Testamentum idèd, quod cæcus condere vult, peculiarem præter ordinariam testamentorum formam desiderat, cujus præcepta traduntur *in Ordin. MAX. d. Notar tit von Testam. §. 9.* & quoad Jus Rom. *l. 8. C. qui testam. f. poss.* Summa huc redit. præter requisita, quæ testamentum scriptum postulat, 1) adhiberi debet tabellio seu Notarius, præter septem qui requiruntur testes, vel in defectum Notarii adfit octavus testis, ut vice ejus, quod illi incumbit, faciat. 2) Debet testator vel hæredes nuncupare eorumdemque nomina exprimere & dignitates singulorum & indicia, ne sola nominum commemoratio quicquam ambiguitatis pariat, circumstantiasque cæteras, tum ratione partium hæreditatis, tum legatariorum; quibus omnibus ex ordine peroratis & tabularii manu,

manu, sub obtutu testium conscriptis, necesse est, ut hic cum reliquis testibus subscribat atque signet illam scripturam. Vel, sublevandæ memoriæ causa, licet quodque testatori cæco, voluntatem suam ultimam, cui velit, antea scribendam credere, quam scripturam deinde in actu solemnî, Notarius vel octavus testis depromere & recitare, simulque cum septem testibus, postquam agnovit & declaravit hancce voluntatem testator, pro testamento suo, subscribere & signare debet.

XLIV. Testamentum implicitum, seu relativum, quod & mysticum vocatur, à Dn. LÜD. MENCKEN, in *Theor. & Prax. Pandectar.* refertur ad nuncupativum, & describitur: esse, in quo testator, verbis ad schedulam, quam manu tenet relatis, cæ heredis institutionem, ultimamque voluntatem suam contineri profitetur. Juxta meam sententiam, nec ad nuncupativum neque ad scriptum testamentum solum referri potest, ideo, quod ex ambobus aliquid assumit, quare & mixtum esse, libentius dico. Hujus testamenti forma, expressè legibus non continetur, argumento tamen legis 77. D. de heredibus instit. quæ ita audit: *Assè toto non distributo, ita scriptum est: quem heredem codicillis fecero, heres esto: Titium codicillis heredem instituit, ejus quidem institutio valet, idèd, quod licet codicillis dari hereditas non possit, tamen hæc ex testamento data videtur. Ut & l. 38. D. de condit. & demonstrat. Si ita scripsero, quantum codicillis Titius legavero, licet codicillis legatum explicetur, tamen ex testamento valet, solaque quantitas in codicillo delata est, nam & apud veteres legata talia fuere, quantum ei per epistolam scripsero, quantum ex illa actione detraxero, heres dato. l. 25. D. de reb. dub. testatoris voluntas, si quibusdam argumentis apparebit, de quo dixit adimplenda est. defenditur & in praxi admittitur, nam gemino in textu testamentum & legatum valent; accedit ratio, quod nihil referat, proprio nomine*

mine res appellatur, an digito ostendatur, an vocabulis quibusdam demonstratur, sicuti PAVLVS l. 6. D. de rebus credit. ait.

XLV. In hujus theos probationem, ulterius meum iudicium suspensum esse volo; Verum nonnullorum illustrium Doctorum testimonia in medium proferam. Et ita quidem IUL. CLARVS, *Sententiar. lib. 3. §. testamentum qu. 4.* pronunciat: *Non videtur posse valere ut testamentum in scriptis, ex quo non sunt servata solemnitates subscriptionum & sigillorum. Non videtur posse valere ut nuncupativum, ex quo testator voluntatem suam à testibus non manifestavit &c.* Contraria tamen opinio tenenda est, quod scilicet valeat in vim testamenti nuncupativi. Satis enim videtur testator suam voluntatem testibus manifestasse, saltem implicitè per relationem ad illam schedulam sive scripturam. Ita tenet. ALEXAND. *Consil. 177. n. 6. lib. 2. §.* hanc esse magis communem opinionem attestatur BELLO. *Conf. 85. n. II.* Consulo tamen, quod testator faciat per Notarium à tergo ipsius schedulae, vel scripturae clause apponi tempus & nomina testium & rogatum, ne postea contingat dubitari circa identitatem scripturae. Idem CLARVS eod. lib. qu. 36. eandem sententiam repetit, & postquam JASONIS & BARTOLI opiniones retulit, hæc profert: *Judicio meo negari non potest, quin hæc opinio in puncto juris non modicam patiatur difficultatem, nihilominus propter opinionem Darum illam tenentium, & stante etiam communi observantia, non esset ab ea in præctica recedendum. Illam tamen intellige, ut procedat, modo liquide constet, illam schedulam vel scripturam, quæ exhibetur, esse illam, ad quam testator se retulit, alias dispositio esset penitus nulla. Ita dicit BARTOLVS, in d. l. si ita scripsero, & ita omnes uno ore concludunt, ut dicit PARISIVS, in alleg. Conf. 19. no. 26.*

XLVI. Testimonium DAVTHII in Volum. de testamentis, no. 330. legitur ita: *Implicita institutorum nominatio declaratur ex relatione, vel coram sufficienti numero testium, per testatorem facta ad certam scripturam, quod ea sit testamentum, vel ex relatione facta in scriptura testamenti se referente ad aliam scripturam, de*  
cujus



eius fide non sit dubium. Paria enim sunt in testamento aliquid exprimeret specificè, vel per relationem ad aliud. Citat hic multos alios Ddres consentientes, utpote BARTOLVM, BALDVM, CASTRENSEM, TIRAQVELLVM, MANTICAM, VASQUEZ. MASCARDUM, imprimis DOMIN. de MAGDAL. lib. de numero test. in testam. requisito, aliosque.

XLVII. Inter recentiores occurrit IVSTVS MEIERVS in Collegio Argentoratensi, vel qui annotationes ad hoc scripsit JO. TABOR; qui ad libr. 28. Pandectar. tit. 1. qui testam. fac. possunt, §. 21. in not. hæcce scribit: Observandum, quod hodie invaluerit modus, per nuncupationem etiam implicitam, relatione scil. facta ad schedulam, ita, ut testator coram testibus declaret, se cum heredem aliæque fieri velle, quem, & que in ea schedula scripserit, ejusmodi testatio vi relationis. Sic accipi solet, ut perinde sit, ac si id, quod in schedula scriptum reperitur, in nuncupatione expressum fuerit. arg. l. 77. de hered. inst. conf. BERLICH. 3. Concl. 4. n. 25. Diligenti tamen cautione adhibenda, ne in supponenda schedula aliquid fraudis committatur. vid. TABOR ad t. 1. lib. 28. Parat. WESENB. qu. 5. Formulam vide apud VOLCKMAN. p. 1. de art. not. 48. form. 9.

XLVIII. Aliud est testimonium W. A. LAVTERBACHII, in Coll. theor. pract. Pandect. lib. 28. t. 1. §. 74 quem totum §. transcribere volui. Testamentum nuncupativum communiter distingui solet in explicitum, si testator verbis, ore prolati, totam voluntatem suam coram testibus explicat; & implicitum, quod fit per relationem ad scripturam, quam testator producit, dicens, se heredem instituere, quem in hac schedula nominaverit, & hanc esse ultimam suam voluntatem. D. SCHILTER Ex. 38. §. 43. & ibi junct. confil. Sed hæc distinctio, ut ex modo dictis apparet, juris analogie conveniens hanc est. BESOLD. V. 5. conf. 204. BOCER. cl. 3. disp. 2. 26. 48. lit. A. BARD. d. disp. tb. 24. In praxi tamen testamenti nuncupativi impliciti, seu relativi formam admitti, & receptissimam esse evidens est, & probant A. A. cit. in d. disp. tb. 25. WESENB. V. 1. conf. 20. n. 21. CARPZ. d. def. 28. RICHTER P. 1. Conf. 30. n. 16. Würtens Land R. P. 3. t. 3. §. die fünfte Form. ibi B. Du. Parens m. tb. 7. D. HARPRECHT de supr. voluntate unico testi concedita.

credita. §. 9. §. conf. 5. Sed in tali scheda heredis institutio continetur. Jure Würtenb. sufficit anzuzeigen, daß man dasjenige vor ihren letzten Willen annehmen, halten und vollstrecken solle, was man in Schriften von ihrer eigenen Hand verfaßt und versiegelt nach ihrem Tode finden werde. d. l. Scheda autem certa § manu testatoris conscripta esse debet: sed si voluntate ejus ab alio fuerit scripta, vel per subscriptionem testium de identitate scheda, § voluntate testatoris ante omnia certo constare debet, d. disp. th. 26. usque 31. Plures quidem sententias & testimonia Utrum congerere possem, sed inutilis foret tanta cumulatio, quum, quæ adduxi satis esse queant ad sustinendum testamentum relativum, modo cautio adhibeatur, ne quid falsi irrepat, vel aliud supponatur. Id tantum addo, Dn. STRUVIUM in *Synt. Jur. Civ. Ex. 33. th. 8.* testari, hocce testamentum in scabinatu Jenensi esse admissum. Plura desiderantem ad Utriusque in copia citatos ablego.

XLIX. Etsi vero omnia requisita, omnesque solemnitates ad amissim sint in testamento privato adhibitæ, nihilominus potest accidere, ut tale testamentum optimo jure confectum corruat, quod contingere potest, si testes moriantur ante publicationem testamenti, docente BARTOLO, in l. 2. pr. D. quemadm. testam. aper. Quamvis enim testamentum solemne sit, manet tamen scriptura privata, quæ nihil probat, nisi formam publicam induat, quod fit solemni publicatione post testatoris mortem & recognitione a testibus facta.

L. Sed antecedit apertura, quæ est actus, quo tabulæ testamenti aperiuntur, ut earum qualitas atque tenor inspiciatur atque innotescat. Dividitur in simplicem, quæ notitiæ tantum, sepulturæ etiam causa fit, absque solemn-

lemnitatibus, in præsentia virorum honestorum, qui postea, quando de hærede, legatariis ac testibus constat, testamentum de novo obsignant. *l. 7. D. testam. quemadm. aper.* & solemnem, quæ in testamentis privatis necessaria est, & a iudice competente perficitur, convocatis hæredibus & omnibus iis, quorum interest, testibus quoque ut subscriptiones & sigilla recognoscant. *l. 1. §. 2. l. 4. l. 7. pr. C. f. D. testam. quemadm. aper.* Fit autem apertura jure Civ. intra tertium vel quintum diem, à morte testatoris. *l. un. §. 5. C. de caducis tollend.* Jure autem Saxon. post diem trigessimum. *Land R. lib. 1. art. 2. C. lib. 3. a. 15.*

LI. Publicatio testamenti aperturam sequitur, quæ est actus, quo testamentum apud acta publicatur, & perpetuæ fidei gratia asservatur. *l. 18. C. de testam.* & requiritur in omni testamento privata fide confecto, præcipuè ubi contradictio cognatorum metuenda. *CARPZ. P. 3. C. 5. d. 24.* Suscipitur autem 1) coram iudice competente *l. 4. 5. D. quemadm. test. aper.* 2) Debent citari legitimi hæredes & omnes quorum interest. *l. 1. pr. D. d. t.* 3) Testes testamentarii debent vocari, ut subscriptiones & sigilla recognoscant. *l. 4. 6. 7. D. dict. tit.* deficiente vero uno vel altero testamentum scriptum non statim corrumpit. *a. l. 6. D. cit. t.* quod duorum etiam testium recognitio sufficit. *cit. lege BRVNEMANN ad h. tit.* 4) Requiritur, ut iudex sententia sua scripturam hanc pro publica declaret. *l. 2. 18. C. testam.* Effectus hujus publicationis est, ut testamentum privatum scriptum & secundum formam *in l. Hac consultissima 21. C. de testam. C. Ord. MAXIM. de Not. t. v. Test. §. Nun die Form 7.* factum, fidem publicam nanciscatur, & pro firmo & iusto habeatur, donec contrarium manifestè probetur. *l. 7. C. de testam. l. un. D. si tab. testam.*

ext.

ent. Hac publicatione non opus est, in testamentis scriptis principi aut iudici oblati, quia jamjam publica auctoritate gaudent. Attamen BRUNNEM. in l. 2. C. de testam. n. 10. utilem publicationem in hisce testamentis prædicat, quia in casu, si fortè authenticum amissum sit, tunc probatio ab actis peti poterit. Ad nuncupativa vero testamenta apertura non pertinet, benè tamen publicatio, quæ ita peragitur, ut citentur testes à iudice, ut examinentur, & eorum depositiones ad acta redigantur. CARPZ. P. 3. C. 5. d. 24. n. 5.

LII. Ut tamen non opus sit publicatione & pericula evitentur, quæ testamentis privata fide factis, accidere queunt, antequam publicatio fit; SOCINVS in regulis & fallentis juris, reg. 494. tres cautelas subministrat, quarum prima est: *Ut testator convocet unum Notarium, qui non sit de supradictis testibus, & duos vel tres alios testes, & faciat, quod singuli dictorum testium, qui se subscripserunt & sigillaverunt, recognoscant suas subscriptiones & sigilla, in presentia duorum Doctorum, vel trium testium, & dicti Notarii, & roget dictum Notarium, ut conficiatur unum instrumentum de dicta recognitione.* Altera est cautela: *Ut testator à principio, quod se subscribunt testes & ponunt sigilla, adhibeat Notarium & testes, qui sunt rogati, de dicta subscriptione & sigillis, & de hoc fiat publica scriptura, qui illa probabit sufficienter.* Tertia est: *Possit aliter provideri, quando testator vellet testari inscriptis, & non curare, quod testamentum esset secretum; quia tum possit facere publicationem fieri eo vivo.*

LIII. Consultò hæc tres recensui cautelas, ut, si casus existat, tanquam medelam quis eligere possit, quam convenientem ratus est. Alioquin altera præcipue invaluit hodie. Rogatur enim Notarius Publicus, qui ad actum

actum solemnem testandi, cum duobus testibus à se requisitis, quos instrumentales vocant, adhibetur, & in testamento scripto, de toto actu & singulis solemnibus, testatoris etiam ac testium recognitione subscriptionum sigillorumque, instrumentum publicum conficit, quod scripturæ testamenti annectit; in testamento nuncupativo autem, quæ testator coram eo atque septem testibus testamentariis edixit, pariter in instrumentum redigit, quod palàm prælectum, atque testatoris affirmatione, hoc esse suum testamentum, secuta, sigillo suo & subscriptione atque instrumentalium testium, confirmat; & tale testamentum nuncupativum manet nuncupativum, licet in scripturam à Notario comprehensum sit; Est enim hic scriptura non de substantia, ut in testamento clauso, sed accidentaliter modo accedit, & probationis causa, qua propter & sine illa subsistere posset. Quæ vero ad officium Notariorum pertinent, *Ordin. MAXIMILIANI de Notariis* clare habet cuncta.

LIV. Effectus hujus adhibitionis Notarii sunt utilissimi, iidemque varii, quos & passim, imprimis in §. XXXIII. XXXIV. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XLIII. XLV. LII. indicavi. Præcipuus vero effectus est, ut formam publicam consequatur testamentum alioquin privatum, nec amplius opus sit publicatione solemnī vel recognitione testium. Probabitur enim per talem publicam scripturam Notarii, quæ plenam habet fidem, testamentum absque depositione testium. *a. l. 18. C. de probat. l. 17. Cod. § c. 1. X. de fide instrum. per Gloss. in l. 2 pr. & ibi BARTOL. § Ddres D. de testam. quemadm. aper. quare & omnibus testibus testamentariis ante testatorem defunctis, te-*

H

stamen-

stamentum nihilominus manet firmum, CARPZ. p. 3. C. 3. d. 37. Apertura tamen fieri debet, si testamentum clausum.

LV. Est & alius effectus hujus adhibitionis Notarii præter antea commemoratum utilissimus, quod, si Notarius solemnitates a testatore adhibitas haud annotet, & probetur postea, errore Notarii solemnitates esse omittas, hic Notarii error, testamento non noceat. Firmat hanc thesin l. 92. D. de R. I. Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset: nihil nocere, quo minus & reus, & si de jussor teneatur; quod expressè ad testamenta applicat l. 7. C. de Testam. Errore scribentis testamentum, juris solemnitas mutilari nequaquam potest, quando minus scriptum, plus nuncupatum videtur. Sc. & l. 24. C. de testam. Ambiguitates, quæ vel imperitia vel desidia testamenta conscribentium oriuntur, rescandas esse censemus, & siue institutio hæredum post legatorum donationes scripta sit, vel alia prætermissa sit observatio, non ex mente testatoris sed vitio tabellionis, vel alterius, qui testamentum scribit: nulli licentiam concedimus, per eam occasionem testatoris voluntatem subvertere, vel minuere. Qui error tradito jamjam instrumento autoritate & arbitrio judicis est corrigendus Ord. MAX. de Notar. princ. §. 22. & probandus testibus duobus, quod uberius ostendit DECIVS ad l. 92. D. de R. I. n. 11. qui ANGELVM in l. ambiguit. C. d. Testam. ALEXANDRYM in d. l. errore. & Conf. 140. BARTOL. lib. 4. SOCIN. Conf. 94. LAVR. CALCANEVM in Conf. 48. citat. Brevibus autem de hoc agit D. GOTHFR. ad d. l. 92. d. R. I. & l. 24. C. d. Testam. MEY. p. 4. d. 13. Præterea non nocebit testamento, si addit vel mutat aliquid Notarius, contra voluntatem testatoris, & hoc certum sit, per

*per l. 9. de hæredib. insinend. §. 5. DAVTH. de testam. n. 478.*

LVI. Ad hæc magna utilitas consistit in eo, quod devinctus sit Notarius, ad præstandam culpam, & omne damnum ac interesse refarciendum hæredi scripto, iisque quorum interest. Iccirco, si ad testamenti factionem Notarius adhibitus sit, & testatorem de cunctis solemnibus haud admonuerit, non modo lege Cornelia de falsis, *sec. l. 29. in f. C. de testam. & quidem arbitraria pœna, sec. l. 27. §. f. D. d. l. Corn. de falsi.* puniri debet, sed actione etiam in factum damnum refarcire tenetur hæredibus in testamento scriptis. *Ord. MAX. d. Not. pr. §. 1. § 21. ib. r. von Testam. §. ult. § l. f. Cod. de conveniend. magistr. & ibi D. GOTHOFRED.* Et hoc extenditur ita, quod etiam hæres Notarii obligetur ex facto vel negligentia illius & conveniri possit ad interessè, & quidem *sec. JAC. de BELLOVISV, in l. 1. C. de edendo* tenetur officio judicis & convenitur actione in factum, ad similitudinem argentariorum *per l. 4. §. 1. § l. 6. §. 1. Cod. de edendo.*

LVII. Porro pragmatici aliam cautelam pro testamento privato commendant, nimirum usum clausulæ codicillaris. Quæ est expressio serię voluntatis testatoris, testamento adjecta, qua desiderat, si testamentum non possit valere tanquam testamentum, ut valeat tamen ut Codicillus de qua *l. 29. §. 1. qui testam. f. poss. Hoc testamentum volo esse ratum, quacunque ratione poterit, videtur testator voluisse, omni modo valere ea, quæ reliquit, etiamsi intestatus decessit.* Cujus clausulæ virtus est, ut sustineatur testamentum aliàs propter defectum solemnitatum vitiosum, & ita valeat in vim fideicommissi, *l. ult. C. de codic. quo casu*

casu hæredes ab intestato venientes adimplere quidem debent voluntatem testatoris, sed, quia ad causam intestati redigitur hæreditas, deducitur ab iis quarta Trebellianica; rogati enim censentur restituere hæredi scripto hæreditatem, *l. 2. §. f. D. de jure codicillor. l. 76. D. ad SCtum Trebell. At,* requisita codicillorum ad minimum adsint necesse est, *a. l. 17. D. de jure codic. quæ sunt I. præsentia quinque testium l. f. §. f. C. de Codic. sive sint mares sive fœminæ, CARPZ. p. 3. c. 1. d. 30. It. dec. 152. n. 22. II. Unitas actus, l. f. C. de codic. O. MAX. Nor. t. v. Testam. ac III. si scriptus codicillus, testium subscriptio, l. f. §. f. C. de codic. non tamen testatoris, quod leges illam nullibi poscunt, l. 6. §. 1. §. 2. D. d. jure codic. CARPZ. p. 2. Dec. 152. nec desideratur testium rogatio & subsignatio §. f. Inst. de Codic.*

LVIII. Nec spernenda est cautela, quando testator rixas prohibet sub pœna privationis. Nimirum, si quis ex cohæredibus vel legatariis contentus haud esse velit parte sua aut legato, & litem ex quacunque causa moverit, ille exhæredatus & quidem, cum necessario instituentus hæres, ad legitimam usque, vel legatum ei ademptum esse debeat. Hoc enim pacto frenum imponi potest rixatoribus & testamentum vitio forte laborans, consistere atque vires retinere poterit.

LIX. Ex tractatione præmissa facili negotio dijudicatur casus, qui nuper contigit, & qui causam dedit dissertationi meæ prævi recensendus. Matrona honesta in urbe Lipsia, M. E. T. avi mei materni sororis filia, nolens alios scire ultimam voluntatem suam, inscriptis testari constituerat; Iccirco artis scribendi ipsa quidem perita, per JCTum testamentum opportuno sibi tempore, in scripturam ex aliquot



aliquot foliis consistens redigi curavit, in quo hæredem instituit, nonnullaque, legata ordinavit, cujusque in calce, post clausulam codicillarem, dies 24. Augusti, anni 1740. apositus fuit. Alio tempore, videlicet 16. die Sept. anni ejusdem, Notarium cum septem testibus idoneis requisivit, ut coram iis actum legitimum celebraret & testamento suo per solemnia robur conciliaret. Præsentibus autem memoratis personis, actu solemnè inchoato & requisitione repetita, voluntatem testandi verbis declarans, tabulas die 24. Augusti datas, & in singulis lateribus jamjam subscriptas, omnibus ostendit, & hoc suum esse testamentum edixit, adque legatum quoddam supra scriptum in ultima pagina repetivit, & iterum nomen suum subscripsit sigillumque apposuit, post hæc testes, uti fas est, subscriberunt & signaverunt; tandem testatrix subscriptionem sigillumque in omnibus lateribus, testes autem in septimo sive postremo, pro suis subscriptionibus sigillisque recognoverunt; Ultimò, posteaquam Notarius testamentum complicit atque in folium papyri involvit, præterea filo bombycino ligavit, ipsa testatrix sigillo suo clausum atque in involucrum extrinsecus: *Herinnen ist mein letzter Wille*, cum nominibus scripsit, hancque subscriptionem, sigillumque iterum recognovit, & hisce involutis chartis testamentum suum ultimamque voluntatem contineri, disertis verbis facta est; quo facto, clausum illud testamentum Notario, ut instrumentum super actum conficeret & huic tabulas annecteret, tradidit, sicque solemnè finivit. Cuncta hæc facta atque solemnè, uti peracta & adhibita erant, Notarius, in instrumento suo annotavit, excepto unico illo, quo testatrix legatum, sicut supra retuli, in solemnè actu, propria manu in fine tabularum

rum repetivit, simulque nomen suum subscripsit atque signavit. Reliquis recte se habentibus, testatrix insecuto 7. Novembris, placidè in Deo obdormivit, sicque morte sua testamentum memoratum confirmavit.

LX. Hoc testamentum tres ex legatariis fratres W. qui proxima cognatione testatricæ se junctos fuisse prætendebant, impugnare volentes, hæreditatis petitionem coram prætorio Lipsiensi instituebant. Hæres, præter exceptionem deficientis legitimacionis, opponebat exceptionem successione testamentariæ, cui actores W. rursus exceptionem injusti, irriti & invalidi testamenti opposuere, minus quidem juri convenienter, quia irritum dicitur testamentum, quod initio quidem est validum, aliis tamen circumstantiis temperum inutile redditur. *l. 5. D. de inj. rupto & irrito testam.* videlicet, cum status testatoris mutatur, *§. 4. Inst. quib. mod. test. infirm.* quod contingit capitis deminutione, ut si quis testamento facto postea se dedit arrogandum. Exceptionem itaque nullitatis ob prætermissionem formæ externæ scil. solemnitatis testamentariæ, in mente habebant. Aiebant enim 1) subscriptionem testatricis atque signationem in præsentia testium, quam requireret *Ord. MAX. de Notariis*, esse omisam, 2) actum solemnem haud fuisse continuum, quod subscriptio testium aliquot septimanis post testatricis subscriptionem, subsequuta esset.

LXI. Hæres prolixitatem litis abhorrens, nolebat vitium Notarii, quo testatricis in ultimo latere factam subscriptionem, præsentibus testibus, haud annotaverat, urgere; contra vero me autore fiduciam causæ suæ in his possuit, aiebat: 1) Finem legis, *Const. scil. MAX. de test.* inquirendum esse, qui

ed tenderet, ut omnis fraus evitetur; nunc hoc in testamento ne quidem suspicionem fraudis adesse, quod juxta instrumentum Notarii testatrix subscriptionem atque subsignationem in cunctis lateribus in praesentia testium agnovisset, qua propter cessante ratione legis finalis, ipsius quoque disposito cessaret. 2) Rationem esse habendam effati MARCELLI, l. 183. D. d. R. I. *Etsi nihil facile mutandum est, ex solemnibus, tamen, ubi aequitas evidens poscit, subveniendum est.* Et l. 15. pr. C. de testam. indignum est, ob inanem observationem irritas fieri tabulas & judicia mortuorum. 3) Disponere l. 85. §. 2. D. d. R. I. *quoties aequitas desiderii naturalis, ratio aut dubitatio juris moratur, justis decretis res temperanda est.* Et l. 90. D. eod. *in omnibus maxime tamen in jure aequitas spectanda est.* 4) Fuisse ex his aliisque argumentis, casum similem decisum pro haerede testamentario, de quo Ill. LEYSERVS in *medit. ad Pand. Sp. CCCLV. p. 613.* 5) Consistere testamentum implicitum seu mysticum, in quo testator verbis ad schedulam, quam manu tenet, relatis, ea haereditis institutionem, ultimamque suam voluntatem contineri professus. *sec. STRUV. Ex. 34. th. 8.* 6) Liquere ex instrumento Notarii, testatricem post complicationem testamenti in praesentia testium, & post illius in folium papyri involutionem, ligaturamque filo bombycino factam, sigillo triplici illud signasse, & in involucre extrinsecus scripsisse verba: esse in eo testamentum; cum nomine; quo *Constitutionis MAX.* dispositio impleta esset, quod ea voluntati testatoris reliquisset, quo in loco subscriptionem addere vellet. Tandem agnitionem testamenti, fuisse a testatrice abundanter factam, quod subscriptiones & sigilla sua in omnibus lateribus agnovisset,

viffet, quæ recognitio, tanquam æquipollens valeret ac subscriptio ipfa.

LXII. Cuncta hæc argumenta, supra in differtatione, præfertim in §. XI. XXXIII. ad XXXIX. XLIV. ad XLVIII. LV. latius exposui, & quæ præter ea in casu præfenti præsidium præstant, deduxi. Quæ vero actores, de actu solemnni, quod non continuus fuiffet, protulere, ad hæc nequidem respondit hæres quicquam, quod fortasse arbitratur, leges, *scil. Ord. MAX. d. Notar. r. testam. & l. 21. C. de testam.* judici esse fatis notas, quibus liceret testatori alio tempore dictare suum arbitrium, alio testes adhibere, de quo videndus §. VII. & XIV. supra.

LXIII. Transmissis à prætorio actis, ad *Illustre Collegium Scabinorum Lipsiensium*, sententia est secuta, quæ actoribus probationem imponebat, hæredi reprobationem, juramenti delationem, aliaque, cum usu documentorum inductorum, (scil. testamenti) reservabat. Verba sententiæ hæc sunt: *Daß Kläger vor allen Dingen den Vorstand derer Unkosten halber auf 30. Rthlr. hoch zu bestellen, auch, weil Beklagter auf die erhobene Klage geantwortet, und solcher nicht allerdings geständig, den Grund derselben, und so viel ihm daran verneinet, in Sächsscher Frist, wie Recht zu erweisen schuldig, worwieder Beklagten der Gegen-Beweis, Cydes, Delation und andere rechtliche Nothdurfft billig vorbehalten wird, ferner darauf zu geschehen, was recht ist. Es bleibet auch Beklagten sich derer Documente fol. 29. seqq. zu gebrauchen, sowohl Klägern seine Nothdurfft darwider vorzustellen, unbenommen, &c.*

LXIV.

LXIV. Hac sententia hæres rea, gravatam se sentiens, putansque judicem propter rationes in Jure fundatas, ac uberrimè expositas, actores statim repellere debuisse, prædictam sententiam à viribus rei judicæ suspendit, apellatione interposita, qua causam ad supremam Curiam Provinciale, quæ Lipsiæ est, & in eventum, dehinc ad Regem Electoremque Saxonem Potentissimum devolvere satagebat. Momenta apellationis erant eadem ac in positionibus prolata. Quum autem in Saxoniam Electorali nullum remedium vel suspensivum vel devolutivum facile valeat, contra sententiam ut ajunt interlocutoriam, *O. P. S. Nov. t. 35. §. 1.* qualis nostra est, ubi probatio & reprobatio injuncta; idèd Suprema Curia ad Regimen Electorale quod Dresdæ est, acta cum apostolis transmissit.

LXV. Licet itaque, uti dictum, contra interlocutoriam leuteratio vel apellatio non facile admittatur, sed *juxt. Ord. Pr. Sax. N. loco cit.* pro re nata rejiciatur; nihilominus in laudato Regimine provocatio est admittenda, & in Summo provocationum Tribunali terminus ad justificandam apellationem præfixus, quem tandem sententia ex voto est secuta priorem reformans: In Apellations-Sachen Unwalden, auch Actorn Vormunden, C. S. M. Apellanten an einem, A. H. W. und Consorten, Appellaten landern Theils; Erkennen von Gottes Gnaden, Wir Friedrich August, König in Pohlen etc. Herzog zu Sachsen etc. und Churfürst etc. vor Recht: Daß die eingewandte Apellation in ihren Formalien beständig, und zu gebührender Rechtfertigung an Uns erwachsen, derer Materialien halber  
I  
erschei-

net aus denenen Acten, und derer Partheyen rechtlichen Einbringen so viel, daß in erster Instanz über gesprochen und wohl appelliret; Derwegen Appellant den Grund der Klage, und so viel ihm daran verneinet, in Sächsischer Frist, Appellatens Gegen-Beweis vorbehaltlich, zu erweisen nicht schuldig, sondern würden Appellaten das Document fol. 29. seqq. primæ instantiæ recognosciren, immassen ihnen nach vorgehender richtigen Ladung sub poena recogniti zu thun obliegt; so hat die erhobene Klage nicht statt, und wird diese Sache an vorigen Richter billig remittiret, immassen Wir sie hiermit remittiren und weisen. *B. N. W.*

Eröffnet zu Dresden, am 10. Nov. Ao. 1742.

LXVI. Hæc sententia, scripta jamjam hac dissertatione est publicata; rationes autem decidendi fuerunt conformes opinioni hæredis, supra §. LXI. adductæ. Tenor est sequens: Die weilen Appellantin der Testatrixin, M. E. T. klares Testament, fol. 29. seqq. Act. primæ Inst. so dermahl originaliter fol. 10. hor. actor. in Gerichtlicher Verwahrung befindlich, und worinnen Appellantin zur Universal-Erbin eingesetzt ist, vor sich hat, und derer Appellaten wieder berührtes Testament gemachte Erinnerungen, daß nach Anleitung des Instrumenti Notarii, fol. 33. seqq. Act. primæ Inst. die Testatrix das Testament in Gegenwart derer Zeugen nicht unterschrieben, gleichwohl die Constitutio Maximilian I. de anno 1512. Tit. von Testamenten §. 7. zu einem Testamento scripto erfordere, daß der Testator den letzten Willen vor denen Zeugen allen, mit eigener Hand unterschreibe, in keine Consideration zu ziehen, in Erwägung,

gung, daß die Absicht berührter Constitutionis Maximiliani dahin, ut omnis fraus evitetur, gerichtet ist, gegenwärtig aber bey der T. letzten Willen, gar keine fraudis suspicio wahrzunehmen, als welche juxta fol. 33. act. primæ Inst. ihre auf allen Seiten und Blättern des Testaments befindliche Unterschrift und Siegel recognosciret, ermeldten Notarii Instrument d. fol. 33. b. seqq. auch zu erkennen giebet, daß die Testatrix ihr in einen Bogen Pappier eingeschlagenes und mit einem grünen Faden umwundenes Testament, in Gegenwart aller Zeugen mit drey Siegeln verwahret, und auf das zusammen gelegte Paquet, auswendig darauf die Worte: Hierinne ist mein letzter Wille, mit ihrem Nahmen geschrieben, hieraus demnach sich deutlich äussert, daß oft angezogener Constitutioni Maximiliani I. von der Testatrix ein Gnüge geschehen, als welche Constitution den Ort, wo der Testator seinen Nahmen unterzeichnen soll, nicht benennet, folglich dem Willen des Testatoris überlassen, seinen Nahmen hinzusetzen, wo ihm beliebig, als &c.

LXVII. Remedio suspensivo, Leuteratione scil. actor quidem præcedentem sententiam à viribus rei judicatæ suspendit; at finita tandem hæc lis est nova sententia, in summò tribunali, VIII. die Junii 1743. publicata, quæ fuit confirmatoria in principalioribus. In accidentalibus enim, & per errorem scribentis in priori sententia positis, aliqualem correctionem continebat. Verba hæc sunt: P. P. Daß in unserm jüngst eröffneten Urtheil, statt derer Worte: derowegen Appellant, diese: derowegen Appellat; und statt derer Appellatens Gegen-

gen-Beweis, diese: Appellantens Gegenbeweis, zu setzen, und bleibet es eingewandter Leuterung ungeachtet, bey obbenannten Urthel billig, jedoch, so viel das II. Gravamen anlanget, mit dieser Erklärung, daß Appellant das Document fol. 29. seqq. Act. primæ Inst. Appellaten in Originalli zur Recognition vorzulegen schuldig.  
B. H. W.

SOLI DEO GLORIA!










ULB Halle

005 355 400

3







B.I.G.

Farbkarte #13

1743, 8  
23<sup>20</sup>  
DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

DE  
**TESTAMENTO**  
PRIVATO SOLEMNI,  
PRÆSERTIM  
SCRIPTO, SIVE CLAVSO,

QVAM  
AVXILIANTE DEO TRI-VNO  
EX DECRETO ET AVTHORITATE  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
IN ALMA ET PERANTIQVA ELECTORALI VNIVERSITATE  
ERFORDIENSI,

SVB PRÆSIDIO  
RECTORIS VNIVERSITATIS MAGNIFICI,  
PRÆNOBILIS ET CONSVLTISSIMI VIRI,

**DN. CONR. WILH. STRECKER,**

ICTI, EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECT. MOGVNT. CONSIL.  
REGIMINIS, IVRID. FACVLT. ET IVD. ELECT. PROVINC. ASSESS. SENIORIS, COD.  
PROF. PVBL. ORD. CIVIT. SYND. ET CONSVLIS PRIMARIJ, NEC NON PRÆ-  
FATÆ FACVLT. IVRID. H. T. DECANI,

PRO GRADV DOCTORALI  
EIDEMQVE ANNEXIS PRIVILEGIIS ET HONORIBVS  
RITE ET LEGITIME CAPESSENDIS,  
PVBLICÆ ERVDITORVM CENSVRÆ SVBMITTIT  
AVTOR ET RESPONDENS  
**DAVID THEODORVS HAINEMANNVS,**  
LIPSIENSIS.

IN AUDITORIO IVRIDICO COLLEGII MAJORIS,  
DIE XII, AVGVSTI, MDCCLXIII.

ERFORDIÆ, Stanno HERINGIANO, Acad. Typogr.